TRAJECTI ad RHENUM
Typis Gisberti a Zijll et Theod. Ackersdijk.
Anno 1659.

GALLIÆ

ACCURATA

DESCRIPTIO,

Ejusdemq; delineatio per vias, sive itinera.

Cui

Paucis adjuncta sunt vicina

PROVINCIÆ BELGICÆ & LEODIENSIS DIOECESIS,

Tam propter contiguam vicinitatem,

Quam Linguæ Gallicæ ferè commercium,

ITEM

Iter Bruxella Lutetiam, & leges peregrinantibus observanda.

Diputación de Vizcaya Biblioteca

Trajecti ad Rhenum,
Typis GISBERTI à ZYLL, & THEODORI ab ACKERDYCK, 1659.

GALLIÆ DESCRIPTIO.

GALLIA ab initio incluſa fuit Rheno fl. Alpium parte, Varo amne, Mari inferno, Pyrenæis montibus & Oceano: Deinde Galli Alpes tranſgreſſi, Italiæ fere dimidium occuparunt: unde *Gallia* in *Cis-alpinam* & *Trans-alpinam* diviſa fuit. *Hæc* rurſus in *Braccatam* ſive *Narbonenſem*, & *Comatam*: *Comata* in *Aquitaniam*, *Celticam* ac *Belgicam*; ſed his alios alii poſuere terminos. *Hodie arctior*, quam olim fuit, facta eſt, totâ propè Belgicâ avulſâ; & Rheni loco terminos habet Sabaudiam, Burgundiæ Comitatum, Lotharingiam ac inferiorem Germaniam; ſervatis cæteris finibus antiquis: *ſita* ſub gradibus latitudinis 42. uſque 50. longitudinis. 27. uſque 40. *opulenta* & valida viris, urbibus, civitatibus: vicis referta & ornata, adeo ut nulla ei gens conferri ac comparari poſſit: *Felix* præpinguibus glebis,

Situs & Diviſio Galliæ

Fertilitas & opes

Gallia commoda proventibus fructuariis, vitibus consita, nec non oleis in optimâ sui parte, qua Mediterraneis fluctibus alluitur: omni ad usum animantium fœtu beatissima, *rigua* mirum in modum & fluminum navigabilium & fontium aquis: *rerum* denique *omnium copia* adeo *ferax*, ut & ipsa sibi facile sine aliarum ope, & ceteræ Europæ regiones vix sine ejus beneficio sibi sufficere queant: inde vina, inde annonæ, inde satietas, inde facilis rerum quarumcumque commeatus: nulla ejus pars quam late porrigitur inculta est: quamquam longe magis *frequentiâ hominum*, quam cutâ diligentiâque incolatur; quippe viri bellorum magis quam agri colendi studiosi sunt: & quod omnium pulcherrimum est & maximum, media utrinque clarissimas gentes, Italiam Hispaniamque, contingens, aut Regina imperitat aut alumna enutrit; ac utriusque maris commodis dives portubus, in omnes orbis terrarum partes vela dimittit.

Provincia ejus. Tota *paret uni Regi* dividiturque fere in hasce Provincias uti sunt: *Francia, Campania, Picardia, Normannia, Britannia, Andegavia, Cenomania, Belsia, Carnutum, Aurelianenſis, Secalaunenſis & Blesenſis ditiones: Turonia, Pictavia, Bituricum,*

um, Nivernia, Borbonia, Avernia, Li- Gallia
mosinia, Inculisma, Santonia, Petrocoria,
Burdigalensis ditio sive *Guienna, Vasconia,*
Bearnia, Quercium, Languedocia, Provin-
cia, Delphinatus, Bressia, Lugdunensis di-
tio, Burgundia, & *Metense* territorium: quarum plures in se continent ditiones & Provincias minores: item *Ducatus* & *Comitatus* multos, *Baronatus* ac *Dominia* innumera: Complectuntur & Provinciæ hæ: *Sedes Archiepiscopales* 15. *Episcopales* 103. Item *Parlamenta* 10. quorum 7. suis Provinciis contenta, extra eas Jurisdictionem non exercent: *Tholosanum* præter Languedociam, partem Vasconiæ habet, & Quercium: *Burdigalense* prærer Guiennam continet reliquam Vasconiam. Petrocoriam, Lemovicum & Santoniam: cæteræ Provinciæ ad Parlamentum ampliſſimum Pariſienſe ſpectant quæ pleraque omnia ſuis locis memorabimus. *Parlamenta.*

DIgniſſima & *Nobiliſſima* omnium Galliæ Provinciarum eſt *Francia*, uti in qua ſita *Lutetia Regis & Parlamenti ſedes* ampliſſima: Nomen *Francia* toti Regno proprium, pro ejus hic parte tantum accipitur: continetque *Vice-Comitatum Pariſienſem: Ducatum Valeſii, ditionesque Vrpiſiorum ac Vaſſinenſium*; limitibusq;

La France. suis contingit *Belsiam*, *Normanniam*, *Picardiam* & *Campaniam*: *Regio* est amœnissima, frumenti, vini, ceterarumq; frugum egregie ferax, irrigua fluminibus magnis, ac vicis, opidis, Arcibus, Prætoriisque magnatum optimè culta.

Paris.

1. La Prevoste de Paris. VIce-Comitatus *Parisiensis* rursus dividitur in 4. ditiones: scilicet *Parisii*, *Goellæ insulæ Franciæ*, & *Vexinii Francici*.

1. Parisis. *Parisium* quondam complectebatur quicquid erat à Porta Parisiensi, versus *Pontem Æsiæ*, & *Clajam* usque versus *Brienses*, intra rivum qui supra *Latiniacum* in *Matronam* exit. Nomen ejus fere periit, nisi quod ejus memoria in quibusdam pagis servetur qui *Parisii* cognominantur, item in Nummis, & quibusdam Parlamenti taxationibus.

Paris. Parisii hujus urbs, totiusque nunc Galliæ *Metropolis est Lutetia Parisiorum* Europæ omnis (Excepta *Constantinopoli*) incolarum frequentia & magnitudine clarissima, dignitate suâ maxime æstimanda; uti quæ Regis, Parlamenti, Archiepiscopi, Cameræ Rationum ac Edicti, & universitatis celeberrimæ sedes: *divitiis* & opibus potens, omnisque generis *mercibus* insignis: *Templis* magnifica: *Monasteriis* religiosa: *Xenodochiis* pia *Scholis & Collegiis* officiosa; *Bibliothecis* com-

commoda : *Palatiis* publicis & privatis superba, *Pontibus* Sequanæ instructis admiranda; *Fontibus* gratiosa: *Areis & Foris* ampla, *Vicis & plateis* 400. & pluribus spectabilis : *Officinis* mechanicis in suas regiones distributis & certo loco assignatis, quæstuosa : *suburbiis* amplis & urbium magnarum instar cultis, amœna: *La France Paris.*

Si Spatium videas urbem non esse sed orbem,
Congestas mundi dixeris esse domos:
Si cœterum populi, multũ mirabere quanam
Terra queat tantum sustinuisse gregem:

Verum *situs ejus* loco commodissimo & fertilissimo *ad Sequanam fluvium*, qui in *Burgundia* ortus, per *Campaniam* Provinciam felicissimam, accepris *Albi, Icauna, Lonio*, & *Matrona* (urbis nutricula) aliisque fluviis, Lutetiam descendit, ac populosissimam urbem annonâ implet : & prope eam divisus duplici permeat ipsam amne, infraque Pontem Novum collectus (inter ceteras) *insulam* facit nobilissimam, qua olim tota continebatur civitas; hodie & in utraque ripa urbs est ingens, pluribus super utrumque alveum Pontibus lapideis, insulæ connexæ, quæ & indies magis magisque ædificiis superbis exornantur, latiusque extenduntur. *Situs. ejus & commoditas.* *Divisio.*

La France. Paris. La Cité. l'Isle de Palais.

Insula hæc inter utramque urbem sita, *Palatii, dicitur* ab Regio Palatio ibi structo, *& Civitas* nominatur: quia & antiquissima Lutetiæ pars est, continetque ædem *D. Virginis Cathedralem* ob fundamenta, magnitudinem & artificiosa ornamenta, totius Galliæ miraculum, cui inserviunt 50. Canonici, quorum Rex primus: continet & alia *Templa, Monasteria, Hospitalia, locaque pia* plura: *Palatiumque Regium* superbissimum, *Iustitiæ hodie domicilium* & civitatis maximum ornamentum, *Atriis, hortis, Xystis, areis, &* maxime *Sacello Sancto*, audacis structuræ, admirandum. *Platea præcipua sunt Pontes* 4. utrinque ædibus pulcherrimis ornati; viæque hinc ad Cathedralem, inde ad Palatium, & juxta utriusque alvei ripas, tendentes: *Pontes* hos, *tanquam alas habet*; *dextras D. Virginis & Trapezitarum* in urbem viam pandentes: *Lævas Parvum & D. Michaëlis* in universitatem ducentes: Supra hos est *Pons Hospitalis Dei*, ex insula versus plateam S. Victoris viam faciens: infra vero eosdem ad extremum insulæ *Pons Novus* ex vivo lapide structus elegantissimè, 12. arcuum transitum dans ex urbe per insulam in universitatem: Ornatus est *Turriculo & Horologio* non vulgari,

Pontes ejus.

item

rem *ſtatuâ eneâ*, *Henrici IV.* equo inſi- *La France*
dentis, arte nulli antiquarum cedente: *Paris.*
inferius juxta *Tigellinam* Regis alius
Pons eſt *ſublicius* qui *Tigellinus* audit, quo
inde in ſuburbium D. Germani irur.

Ceterum ſupra Palatii Inſulam altera *l'Iſle*
multò *Minor* jacet quæ nuper habitari *petite.*
cæpta, viis rectis diſtincta & egregiis
ædificiis exculta eſt. *Tres ad eam Pontes*
aditum prebent, *Primus* ex inſulâ Palatii,
qui *Inſulæ* dicitur & *Sublicius* eſt *alter*
ex univerſitate, qui *Turnelli* à vicinia vo-
catus *ſublicius* quoque: *Tertius aux dou-*
bles audit, qui *Lapideus* & *adibus* egregie
utrimque *veſtitus*, ſed breviſsimus, ex
urbe in inſulam hanc ducens.

Inſulis his ſiniſtrorſum annexa Ponti- *l'Vni-*
bus ea Lutetiæ pars quæ *univerſitas* di- *verſite.*
citur ab Academiâ ſive univerſitate,
ſcholarum toto orbe celeberrimâ, quæ
in hanc urbis regionem tota migravit
una cum Profeſſoribus & Bibliopolis.
Ab eo tempore quo *Ioanna Navarræ Re-*
gina Collegium hic erexit ſuperbum, cui
deinde acceſſerunt alia plura ſumtuoſe
quoque ſtructa, ita ut *Publica* hodie nu-
merentur 20. *Privata* 30. quæ ex am-
pliſsimorum virorum fundatione, vi-
ctum & alia ſtudiis neceſſaria ſuppedi-
tant certis quibuſdam Muſarum cultо-

La ribus: *Academiæ* 4 innititur facultatibus
France *Theologiæ* ſcil. *juris Canonici*, *Medicinæ* &
Taris. *Artium*: quibus præeſt *Rector*: habetque *Cancellarios* 4. *Advocatos* 6. *Procuratores* 3. item *librarios* aliosque miniſtros & *Nuncios*, *Tabellariosque* ſingularum *nationum*: *Conſtat* enim Academia ex 4. *Nationibus*; *Francis*, nimirum, *Picardis*, ☞ *Normannis* & *Germanis*, quibus particulares deſignantur Patroni, omnesque egregiis fruuntur privilegiis: *Germanis* vero *annumerantur Angli*, *Dani* & *Suedi*: ceterum *continet* & *hæc urbis Regia Templa* 17. *Sacella* 3. *Monaſteria* & *Abbatias* opulentas (inter quas S. Genovefæ & S. Auguſtini) 14. *Xenodochia* 4. plurimaque Magnatum *Palatia* magnifica: ac ædibus privatis denſe habitatur: *Viæ ſive plateæ* ejus longiores ſunt *SS. Victoris*, *Marcelli*, *Iacobi* & *Citharæ major* Pontibus reſpondentes. *Portis* patet 8. quæ ſunt *Turnelli* ſive *S. Bernardi*, & *SS. Victoris*: *Marcelli*: *Iacobi*: *Michaëlis*: *Germani*: *Buſſia* & *Nella*, *ſuburbia* habet quinque ampla, Templis, Monaſteriis, Xenodochiis, Palatiisque magnifica: ſcil. *SS. Victoris*, *Marcelli*, *Iacobi*, *Michaëlis* & *Germani*, quod omnium ampliſſimum & urbis inſtar populoſæ habitatum, vicisque plurimis longe lateq; diſtinctum.

Hæc

Hæc de universitate *Musarum sede*, breviter: *Tertium Lutetiæ membrum urbs, La Ville* dicitur, & *Mercurii sedes* est, ad dextrum Sequanæ alveum forma hemicycli longe lateque extensa, ceteris multo major, populoque commerciis & negociationibus frequentissima: Exornant hanc mire (præter plurima ædificia magnifica) *Hippodromus Turnelli*, vulgo, La place Rojale, ædificium Regium magnificentissimum prope *Portam S. Antonii*: cui objacet *Arx Bastilia* octo turribus superba: & interius *Armamentarium*, Ædificium vastum, continens Magistri Magni Domicilium amœnissime situm: *Collegium* dein *PP. Soc. Iesu splendidum* & *Græva* urbis *Curia* magnifice structa: item *Templi Ædificium Regium* ad Portam Templi: & *Richely Regium Palatium ad Portam* S. Honorii: & præterea *Templa* 31. *Sacella* 6 *Xenodochia* 4. *Monasteria* egregia 10. sed omnia ædificia longe superat *Lupara*, *La Louvre*, Regia Arx amplissima, sumtuosissima & ornatissima, vereque Regia, Galeriis spatiosissimis, omnium artificum tabernis, hortis fontibus aliisque rebus pluribus omnino admiranda & stupenda: quibus nuper accessit *Typographia Regia* totius orbis elegantissima. Porrò *Portas*

La France

Paris.

La Ville.

La habet 7. nimirum *S. Antonii* : *Templi* France *S. Martini*: *Dionysii*: *Montis Martyrum*: Ho- Taris. *norii & Novani*, quarum *platea* fere recta linea ad Pontes Insulæ Palatii tanquam ad centrum suum deducuntur. *Suburbia* hic quoque 5. sed minus ampla : scil. *S. Martini*: *S. Dionisii* : *Montis Martyrum* & *S. Antonii S. Honorii*: sed duo posteriora nuper, prolatis urbis Pomeriis urbi inclusa, vallisque & fossis cincta, munitaque Portis Novis fuere, extra quas denuò plura ædificia, suburbana quotidie longe lateque surgunt, & *Mons Martyrum* jam urbi vicinior egregium superne in eam prospectum habet, *ex Cœnobio Virg. Vestalium*, quod in eo opulentum est : *SS. Dionisii & S. Martini* ampla satis ac spatiose habitata suburbia sunt: *S. Antonii* suburbium continet *Lazarethum S. Ludovici Nosocomium* amplum & Regium, conclavibus plurimis commodum, item Pharmacopœo, fontibus aliisque multis instructissimum, ac situ ornatuque amœnum. *Hæc de Lutetia*, quæ Regi paret & peculiarem habet jurisdictionem *suburbiis*, ejus idem cum civitate jus, civibusque jura nobilitatis anno 1371. dedit Carolus V. *Archiepiscopus* in Spiritualibus præest, hanc adeptus dignitatem anno 1622. ab Gregorio

torio XV. Suffraganeosque habet Epis- *La France Paris.*
copos, Meldenſem, Carnutenſem, & Aurelianenſem, ab Senonenſi Metropolitano delibatos; cujus & ipſe ante ſuffraganeus fuit Episcopus, quamvis Episcoporum Princeps & Regis Curatus erat, atque ut Primus Senator ſedem, vocemque in Parlamento deliberativam habebat.

Ager Pariſienſis, uti urbi vicinus, pluribus magnatum & Regiis arcibus, Palatiis ac villis nitet: inter quæ proxime juxta Sequanam ſe offert *Silva Vincennarum* ut vocant, *Bois de Vincennes.*

Regum delitiæ vicinæque urbis honores:

Arx Regia eſt foſsis altis & Turribus 8. munita, Sacello 15. Canonicorum altore, Cœnobio, vivario & nemore inſignis ſimul ac amœna,

Non procul hinc undas confert Matronæ Sequanæ.

in cujus ripis exurgit *Vilregia Regia* bis centum oculata feneſtris, amœna hortis, rarisque arboribus fructiferis ordine locatis. Altius ad Matronam *Pons Carentonius*, municipium in quo Reformati Parienſes templum habent capaciſſimum, inde *Arx Regia S. Mauri* Principis Condæi locus Nutricius, amœne adMatronam (hic quoque Ponte pervium) *Concentens.* *Pons Charenton.* *S. Mauri.*

ſtructa

La France structa ab Franciſco primo, cujus antejanuam ſtatua cum his verſibus.

l'Iſle de France *Vt vivas valeasq; forũ hic vitabis & urbem,*
Nec res à ſomno nec revocabit Amor.

Gournay. Mox *Gornæum* ſequitur cum Ponte lapideo fl. inſtructo, ubi *Prioratus Virg.* inſignis : Prope Matronæ fere aquis cingitur *Chelles* burgus, Abbatia virginum, Hoſpitali & monumentis magnatum, aliisque nobilis & ſitu amœnus.

Chelles

Interius à flumine occurrit *Vaujour* quaſi vallis jucunda, ſilvis & paſcuis cincta ; & dein *Gonneſſe* burgus dives & celeberrimus pane, qui ibi fit optimus & Lutetiæ divenditur : *Hoſpitale* habet ægrorum & pauperum, etiam peregrinorum ſolamen.

Gonneſſe.

La Goellie Agro Pariſii hic ſuccedit *Goella* cujus & hodie limites ignoti, ſervaturque ejus memoria aliquot locis à Goella cognominatis. Fuit hic *Comitatus Dammartinenſis* ab magno olim opido *Dammartino*, quod nunc in vici formam redactum colliculo inſider.

Dammartin

3. l'Iſle de France *Iuſula Francia* tertia Comitatus Pariſienſis pars, continet loca inter ſinus gyrosque Sequanæ fl. ab urbe uſque *Poſſiacum* occurrentia, quorum primum fere *Iſſy*, ab *Iſide* Romanis olim Sacro: pagus hodie fontibus ſalubribus, aquis pellucidis

Iſſy.

lucidis & hortis cultiſsimis amœnus: in- *La France*
de *Venna* olim Piſcatorum manſio, ho- *l'Iſle de*
die butyro claret, & fontibus quoque *France*
hortisque magnatum amœnus pagus *Van-*
eſt: *Meudo* Regia Arx ad ſilvulam ſtru- *vie.*
cta ſtatuis fontibus, aliisque rebus plu- *Meu-*
rimis amœna ſimul ac ſuperba eſt: *don.*

Non Parnaſſum alibi quares, Aganippida fontē:
Non alibi Muſas Phœbumque & myſtica vatum
Antra; ſuis unus tenet ædibus omnia Meudo:

Sequitur *S. Clodouæi* opidulum cele- *S. Clou*
bre Templo, & in hoc monumentis Re-
gum Clodouæi & Henrici III. magnifi-
cum, quoque Arce ſive Palatio ſumtuoſe
ſtructo & amœne ſito, cui adſtructi Hor-
ti, fontibus, cryptis, ſtatuis, nemoribus,
aliisque rebus ſplendidis ac pretioſis lon-
ge amœniſsimi:

Huc ruit urbs tota feſtos cum purior æſtas
Adduxit ſoles, rhedis velocibus illi,
Quadrupedante alii, pedibus ingloria pubes:
At plures cymbis fluvio ſinuante feruntur,
Vmbras tenſa quibus dant carbaſa, Vicus abūdat,
Exuviis urbis populoque exultat ovante.
Hinc offert ſe opidulum vicino in littore nomen
Sirenes cui Sequania fecere, ſerenum *Sureſ-*
Vel calum: colles & campos jactat apricos, *nes.*
Palmite frondentes generoſo quique pudori
Vitibus Aviſiis fuerint Vinisque Bealnis.
Imminet æthereo prope Vertici Valerius Mons

Eremita

La France *Eremita* domicilium, qui hic

— *ſumma de rupe micantes*

l'Iſle de France *Deſpicit urbis opes & nomina vana potentũ.*

Bologne. In altera dextra Sequanæ ripa *Bolonia* conſpicitur, pagus æde D. Virg. clarus,

Madril. & mox *Longchamp* Abbatia Religioſarum ſub ſilvula Boloniæ: Tum *Madritum* Regia Arx à Franciſco I. ad exemplar Hiſpanicæ ſtructa, in qua quadriennium detentus fuit poſt cladem Ticinenſem, unde hi verſus:

Gallus habet tantum, barbã, calcaria, criſtã;
Sub pedibus Gallum, ſed jovis ales habet.

Hinc Portus & Pons *Nuellii*, *Clichii* &

S. Oen. *S. Oen*, olim Clicii Palatium, ſeceſſusque Regis Joannis, qui ordinem equitum ſtellæ argenteæ hic inſtituit, cum lemmate hoc:

Monſtrant Regibus aſtra viam.

S. Denis. Longius hinc à ripa ſuccedit *S. Dionyſii opidum* elegans, ſed celeberrimum Abbatiâ, & ſtupendis in Templo ejus Regum monumentis; admirandisque in Sacello uno theſauris, quales non facile ullibi terrarum in uno conclavi videas. Abbas Templi & opidi Dominus eſt & nulli ſubjectus Epiſcopo, multisque inſignibus gaudet privilegiis ac dignitatibus: in Area Abbatiæ *fons* eſt aquæ Saluberrimæ, quem circumcingunt ſtatuæ

&

& idola olim forte adorata, antiquitatem certe loci teſtantia. Adjacet & ædes Regia, Regis hic divertentis hoſpitium: introrſus conſpicitur in edito loco *burgus & Arx Monmorencii* Ducatus & Patriciatus titulo nobilis, nobiliſſimæ Monmorantis gentis jam extinctæ, cui ſucceſſit Condæus: adjacet lacus egregie piſcoſus & lucus, Prioratu D. Virg. de Sylva, nuper reſtituto, venerandus. Succedit in Sequanæ ripa *Argentueil*, tunicâ inconſutili, D. Virg. manu puero Jeſu elaborata celebre, Templum habens: tum in oppoſita ripa *Nanterra*, celeberrimus pagus ortu *S. Genoveſvæ*, *Pariſiæ navis quæ fida Anchora eſt & Ara.*

Palladiumq; potens præſensque ad Lilia Numen.

La France / l'Iſle de France

Mon. morency.

Argentueil.

Nanterre.

Item *Ruella* opidum amœno & optimi vini fœcundo loco ſitum, cum Arce magnifica, cui adſtructi Horti, fontibus, labyrinthis, ambulacris, piſcinis, aquæductibus, ſpelæis, aliisque ornamentis ſumtuoſis amœniſſimi. Hinc Sequana *Ponte* tranſitur ad Pagum *Catullium*: ſequiturque inde ad *S Germani opidum* uſque *ſilva quercea*, à proditione horrenda cognominata, quæ concepta & jurata dicitur ad prægrandem, in angulo ejus, menſam lapideam: ſilvam hanc via ſecat, cujus ſi ramum, ab uno viæ latere

Ruel.

Chaton

Bois de trahiſon.

La France latere decerptum in Sequanam projicias, lapidis inſtar fundum petet: ab altero decerptum ſi projicias ſupernatabit, ut ipſe vidi.

l'Iſle de France

S. Germain *S. Germani* opidum loco amœno & ſalubri ſitum, *Cœnobium* habet Virginum nobilium non cuilibet ſpectandum: Famâ vero ſuper æthera notum eſt *Arce Regia* omnium pulcherrima & nobiliſſima, quæ Vetus & Nova: *illa* continet conclavia ſpatioſâ 63. & ſacellum ſumtuoſum: extus vero *ſeptum* ferarum longum 2. mill. continens le *Ieu de maille* & juxta *tentoria* aliquot: *Hæc* conſtat Cameris & Galeriis ornatiſſimis, hortisque ad Sequanam jucundiſſimis: omnia hic mira: at ipſa *etiam miracula vincit Ingenioſa cavis laticum deducta ſub antris Vnda per obliquos ludens variâ arte meatus*: *Cryptæ* ſunt 5. quarum *una ſiccæ*, refrigerium ſub æſtivis caloribus commodum: *undæ* & rorantes 4. ſunt. *Prima* oſtentat Draconem alatum undas vomentem & alia: *Secunda* Nympham organum tractantem & alia: *Tertia*, Neptunum Tridente armatum: *Quarta* omnium pulcherrima, Orpheum producit citharam pulſantem, item Bacchum, & alia plurima: ſingulæ verò aquis de improviſo te aſpergent largiter.

Sequi-

Sequitur *Poſſiacum* opidum amœno quoq; & ſaluberrimo loco poſitum, cœnobioque Virg. Nobilium illuſtriſſimum. *La France Poiſſy.*

Vexinium Francicum, Præfecturæ Pariſienſis quartum membrum, continebat quicquid eſt ab Æſia fl. Claromontem uſque verſus Picardiam, ſed periit ejus quoque memoria, hodieque ſub Præfectura Silvanecti eſt & Ducatu Valeſio: *Vexin. Francois.*

Valeſium autem, ſecunda Franciæ Regio, nomen habet ab vallibus amœnis (quas continet) inter Matronam & Æſiam ſitis: *ejus Metropolis eſt Silvanectum* à ſilva propinqua cui quaſi annectitur, nominatum, Epiſcopatu, (ſub Præſule Remenſi) Præfectura lata & Ballivatu nobilis civitas: ſita loco amœno in clivo collis juxta Nonnetam amnem: vicina ſunt ei, *Abbatia Victoire*: *Centullia*, amœna Monmorancíorum Villa & *Palatium* regiè ornatum, cum Hortis & vivario: *Gonvieux* opidum cum ſtagno, piſcium copia celeberrimo: *altius* ad Æſiam fl. *Cretilium* occurrit, opidum Arce (ex quadrato tota Lapide ſtructa) nobile, antiquum Comitis Sueſſonum Patrimonium: inde ſequuntur *Pont S. Maixent*, *Verberie*, & *Compendium* opidũ ſitu amœnum & Venationibus commodum regiis, Abbatiam habet D. Cornelio centurioni ſacram: II. *Valois.* *Senis.* *Chantilly.* *Gonvieux.* *Creil.* *Compiegne.*

La France II. Valois.

sacram: interius versus matronam sunt *Bethisi*, *Crespii* ad *Autonnam* fl. & ad Urcam *Iuray*, *Ferte Millon*, à Milone conditore, Arcem habens elegantem *Gandelu*, burgus juxta quem Arx Nova, loco omnium fere Galliæ pulcherrimo: *Maranon* Abbatia: *Prioratus Cervi frigidi* & *Fontaine les Nonnains* & alia: hæc supra.

Gandelu.

Beaumont.

Infra Silva-nectum ad Æsiam fluv. *Belmontium* situm est, Ducatus & Patriciatus titulo nobile opidum Ducis Umdocini, situ ædito & prærupto munitum:

l'Isle Adam

& inde *Insula Adami* opidum triplex Pontibus junctum & flumine insulaque divisum, amœne inter nemora situm;

Beauvais.

Pars ejus ultra Æsiam in *Bellovacensi* ditione posita; quæ Comitatus titulo nobilis, Normanniam inter & Picardiam sita, veriniumque attingens, Æsiam non excedit; regio est fertilis & amœna: ab bellis ejus vallibus nominata, puris piscosisque amnibus irrigua, & fontibus salubribus felix. Metropolis ejus *Belvacum*, sub Præsule Remensi: civitas ampla, pulchra, dives, commerciis frequens, & munita, adeo ut inter opulentiora, munitiora & pulchriora Galliæ connumeretur, *Episcopus* ejus & Comes est & Par Franciæ; Cætera opida sunt *Clairmont*, antiquo Comitatus titulo clarum,

Beauvais.

Clairmont.

Arce-

Arceque firma & eleganti munitum opidum Comitis Sueſtonum, prope Bretam amnem poſitum: item *Gournaye*, *Monchy le Pierreux*: *Montataire* infra Belvacum ad Therinam amnem prope Æſiam *Mony*: altius *Bovicres* ſupra Belvacum ad Therinam, *Marceilles*, *Chaumont* & alia. *La France* II. *Valois* *Montataire*.

Verinii Francici opida ſuperſunt, *Pontaſia* & *Mellentum*, illud Vice-comitatu & Ballivatu nobile eſt, pulchrumque ſatis & munitum ad Æſiam, Ponte ſtratum, ſitum: extus ob pratorum & vinearum, imo hortorum continuam ſeriem & aquarum ſtrepitum præter cætera amœnum; *Hoc* infra Poſſiacum in dextra Sequanæ ripa, & inſula ejus poſitum, Ponte conjungitur, qui & ultra Sequanam ducit in *urapiſiorum* agrum, tertiam Franciæ Regionem, quæ hinc porrigitur juxta fines Normanniæ & Belſiæ, uſque ad verinam fl. in Lonſum ſe exonerantem, finesque *Vaſtinenſis* agri ſupra *Melodunum* Princeps ejus opidum. *Verin.* *Pontoiſe*. *Melun*. III. *Hure*. *pois*.

Proximum hic ad ſequanam opidum ejus eſt, ad mordræ oſtium *Pont Gallon*, & inferius ad ſequanam *Medunta*, Pontem habens Sequanæ inſtructum; nobile ſede Præſidiali, & Eccleſia D. Virg. *Mante*

ad

La France Eure pois. ☞ Anet.

ad formam Parisiensis structâ: statuisque Regiis binis magnificum opidum: Proxima sunt juxta Auduram fl. glorioſissimum *Aneta* Ducis vindocini Regia Arx & Villa artificioſe & sumtuoſe structa, cum sacello splendidissimo cui duodecim inserviunt Canonici: Horti adstructi plures, & ornati splendidissime; in majore, (qui aurantiis, limoniis, & granatis consitus) *Fons* est sumtuosissimus: altius

Dreux

ad Blasiam rivum, est *Druca* urbs antiqua & pulchra, Druidum conventu olim, nunc Comitatus titulo nobilis, &

Heudenfert La Mauri.

prope Vegram fl. *Hudeucum*: altusque *Monfortium* opidum Comitibus magis suis quam amplitudine clarum, ad silvam, cui nomen dedit, situm: inde prope fontes Bibaræ amnis *Versaille*, magnificum Regio Palatio: & inferius ac Bi-

Versaille. Arcueil.

baram *Arcueil* aquæ ductibus olim Romanorum, nunc medicæis novis, nobilis pagus: *Bilsestre* Regia olim Arx, ex

Bisse-stre.

cujus ruderibus Hospitale S. Ludovici, in usum militum decrepitorum nuper

Gentilii.

surrexit Regium. *Gentilly* ordinum quondam Galliæ sedes: nunc tantum Hortibus & fontibus amœnus locus: & juxta

Vitrii.

Sequanam *Vitrii* pagus amœni situs, unde hic Regum infantes educari solebant.

Huic

Huic interius ab Sequana ad *Ivettam* fl: *Dampierre*: *Chevreuſe* opidum cum Arce Ducatus titulo clarum: *Gif Abbatia*: *Longiumeau* in cujus ſuburbio Prioratus cujus Beza Prior fuit: item ad Orgiam & ei annexos rivos: *Ramboulet*. Franciſci 1. Regis hic morte notum: *Chez fontaine Abbatia*: *Dordens Caſtres* amœnum in valle opidum. Hortiſque & cœnobio ſpectandum: *Montlebery* Arx in colle acclivioſo munita: ad Stampam fl: *Eſtampes* Ducatus titulo nobili opidum in viâ Aurelianenſi ſitum: & inferius *Fontenay le Viconte*: *Villeroy Eſſona* burgus in inſula prope ſequanam ſitus, cui adjicet *Prætorium Domini d'Eſſelin* picturis ornatum, hortibuſque & fontibus amœnum.

La Francs Hurepois

Chevreuſe.

Longiumeau.

Chaſtres.

Eſtampes.

Eſſonæ

Ad oſtium Stampæ, & ripam ſequanæ *Corbolium* ſequitur opidum antiquiſſimum, in oppoſita fluvii Sequanæ ripæ, ſuburbium habens Ponte lapideo urbi junctum: Templa habet, aliquot & Prioratum ordinis S. Joannis Crucigerorum Melitenſium; Altius ad Sequanam ſunt Pont *Thierry*, *Millii* & *Corance* ad rivum Sequanæ confluentem, ubi *Prætorium* Hortis & fontibus amœnum *Galleri* Conſiliarii Regis: Sequitur ad Sequanam *Melodunum* ambitu parvum

Corbeil.

Coranc.

La France sed triplex opidum, Lutetiæ instar, Pontibus duobus lapideis junctum.

Melun Fontaine belleau. Inde interius in silva *Fons blandus* se offert opidulum cum Arce, omnium quas Gallia, Germania, Belgium, Anglia & Italia habent, pulcherrima, ampliſſima, magnificentiſſima, ac ornatiſſima: 900. continens conclavia, connumeratis Xyſtis & Atriis & è tecto oſtentans 704. tubos caminorum: capax totius Aulæ Regiæ: 1. *Galeriæ* ſunt, *Reginæ, Conſiliorum, major, minor*, & *ſtatuarum*. 2. Atria ſive *Sale de la Garde, des Feſtins, des Bals* ampla: & *des Comediens*, artificioſe caveis & convexis ſtructa. 3. *Horti*, muro ſepti, *du Roy*, *de la Fontaine des Pins des Eſtangs*: *de la Roine*, & alius extra Arcem incultus: Areæ, *La Court de la Fonteine, de Dongeon, des Officiers* & *la Baſſecourt*, omnium ampliſſima: ubi Hoſpitia Comitatus Regii.

Moret. Ultimum opidum Urapiſii Agri *Moretum* eſt, parvum, ſed Comitatus titulo inſigne ad Lonium fl: poſitum non procul inde in Sequanam exeuntem.

Sequitur quarta & ultima Franciæ ditio *Vaſtinenſis* quam *Lonius* (inter Ligerim & Sequanam ſitam) mediam perluit: orientem verſus Senones ſpectans; *regio* ſilvis & lucis amœna & denſè pagis,

gis, Arcibus ac opidis habitata: Lonius amnis, eam irrigans, in ligerim fossâ ductus nuper fuit, magno negociantium & hujus ditionis commodo: solum ejus arenosum, sed crebris rivis & stagnis irriguum. *La France t. v. Gastinois.*

Princeps ejus opidum est *Mons Argisi* sede præsidiali nobilis, munitaque Arce valida, Spatioso Atrio magnifica; Dux Aureliæ tenet hodie jure Appennagii: situs ejus amœnus in læva Lonii ripa, perluiturque vernisone amne: inferius ad Lonium *Silviacum* sive *Nemorosum* situm est silvis amœnis cinctum, Ducatus magis dignitate, qua antiquitate clarum: Altius ad ligerim habet *Briareum*, burgus est amplus, Marchionis d' Effiat juxta quem Lonius in Ligerim ductus: & altius ad ligerim *Bony*, inferius vero *Genabum* opidum antiquum situque amœnum, Ponte, super ligerim, lapideo, & nundinis illustre: Prope sequitur *Genabum* vetus, unde evincunt hic fuisse Genabum illud cujus Cæsar meminit: inde sint *Fleuris* & *S. Benoist* Abbatiæ amplæ & amœnè sitæ, Gymnasiis olim celeberrimæ: interius sunt *Chast. Sezard.* in nemore: *Chasteau neuf. Pont. aux moines. Chenaelle* Castrum Hortis & fontibus amœnum, *Vitrii aux loges* prope stagnum: *Mont-argis. Nemours. Briare Gien. Gien le Vieil. S. Benoist. Chenaille.*

Cham pagne. Item *Nogent*, *Dampierre*, *Iorris Plateville*, *Locroy*, *Flotin Abbatia*, *Seau* & *Ferriere Abbatia*, cum ſtagnis ſingulis fluvios emittentibus : prope ſunt *Baunæ Bois commun.* *Pizieaux*, *Rochefort* comitatus, *Puthiviers*, *Choizy*, *Malezirbe* & ultra Ionium ad Sequanam & icaunæ oſtium *Mons Regalis*, opidum amœne ſitum, cis & ultra Sequanam in Brienſi territorio, Arcem habens inter fluvios confluentes munitiſſimam, quæ omnia Pontibus lapideis connexa.

La Brie.

Roche-fort.

Monte reau.

Champagne. HÆc de Franciæ Provinciâ, quam Pluribus locis attingit *Campania* ceteris partibus Burgundiæ, Lotharingiæ & Picardiæ affinis : nomen habet à Camporum, quibus fere conſtat, latitudine ac agrorum planitie, qui frumento, vino omnique pecorum genere abundant, nec deſunt ſilvæ, venationibus & aucupiis opimis commodæ: Aëre gaudet ſereno ac temperato, fluviis irrigatur magnis & piſcoſis : nobilitas ei frequens & generoſa, civitates lauræ, pagi populoſi: dividiturque in varias diœceſes & ditiones, quarum.

La Brie. Proxima Franciæ & urbi Lutetiæ *Brienſis*, ab Matrona & Sequanâ confluentibus, inter utrumque flumen ad Tricaſſenſem uſque & Senonenſem diœceſes extenſa.

extenſa. Comitatus titulo inſignis eſt, cælo gaudens admodum ſereno, & licet nemoribus abundet, nullius tamen annonæ indiga eſt. Metropolis ejus *Melda* civitas Epiſcopalis, olim Senonenſi, non Pariſienſi Archiepiſcopo ſubjecta: Vice-comitatu, Præfectura, & Balliva-tu nobilis, Matrona fluvio diviſa & Ponte lapideo connexa, munitaque ſimul & amœna ſitu: altius ad Matronam eſt *S. Fiacri Fanum*, miraculis & religione celebre. Tum *Moncellæ* Regia Arx loco amœniſſimo magnifice ſtructa & ornata. Tum *Iovara Abbatia* virginum opulenta, ab Jovis ara, Romanis olim hic ſacra, nomen habens: item *La Ferte ſous jovare*, cum Arce in inſula Matronæ ſtructa. *Nogentel* & altius in extremis Briæ finibus *Caſtrum Theodorici*, opidum dives & frequens, ſuburbia habens ipſo opido majora: hæc ſupra, infra Meldam ad Matronam occurrunt, *Pont aux Dames*, virginum quoque Monaſterium, quæ Dominæ nominantur, ſitum ad Morinum fl. qui inde mox infra *Portum Condenſem* in Matronam abit: *Latiniacum* inde Pontem haber Matronæ ſuperſtructum: unde inferius infra *Pontes Gornæi, S. Mauri & Carentoni, Brie pagus*, & *Conflens*, & ad Sequanam *Cretilium*, burgus

Champagne

La Brie.

Meaux

S. Fiacre

Moncelaux.

Iovarre les nonnains.

Chatier y.

P. aux Dames

Conde.

Lagny.

Cretoil.

Champagne. amplus & amœnus, & altius paulo *Villeneufve S. George* opidum modernum & pulchrum, Situque, juxta Terum in Sequanam exeuntem, amœnum, cui altius ad Terum adjacet *Iarre abbatia*. Hinc altius in Brienſi ditione occurrunt partes opidorum *Corbolii* & *Melodum* & *Pons Sanoſii* prope Fontem blandum: inferius ad Pontem hunc *Barbella* eſt Abbatia ab Ludov. Sept. fundata, cujus in Templo ſumtuoſum & artificioſum exſtat ſepulchrum, ab Adæla ſponſa ejus poſitum: Rex hoc loco piſcans barbum cepit, in cujus viſceribus gemma reperiebatur pretioſa; eaque occaſione Abbatia hæc fundata. Altius ad Sequanam ſunt partes *Montis regalis* & *Novigenti*: Atque hæc de locis juxta Sequanam & Matronam ſitis: interius ab utroque fl: ſunt ad *Terum* & ejus rivos: *Brie Conte Robert, Tornem, Torfu, Chome, Roſoy, Vodois, Chapelle gautier* : *Nangis*: ad Morinum *Creſy, Coliumiers, Rebes, La Ferte gauche, Sedane*, ad Morinum minorem *Monmirel*, opidum ad clivum montis ſitum, ubi Silva quercea, cujus ramuli decidentes lapideſcunt: ad Moranfii & Vouſiæ Fontes *Agendicum* ſive *Provinium* opidum antiquiſſimum & amplum in duo opida diviſum, quorum ſuperius Arcem & Turrim

La Brie.

Ville neufve S. George.

Iarre.

Sanois Barbeau.

Monmirel.

Prouvins

sim habet à Julio Cæs. structam ager ejus celeberrimus ab rosis, urbis cognomen ferentibus, quarum hic ingens copia: Hinc altius ad Quietam amnem *Villenoce* & alia. *Champagne. Senonais.*

Hinc ultra Sequanam *Senense Territorium* se offert Campaniæ quoque pars, inter Vastinenses & Autissio dorenses ceteris finibus positum: medium *Icauna* fl. percurrit: Ager omnibus rebus ad vitam humanam necessariis affluens, vino imprimis delicato, & ob nucum copiam, etiam oleo: caput & Metropolis ejus *Agendicum Senonum* præsidiali & Archiepiscopali sede civitas clarissima & antiquissima: suffraganeos ejus Præsul habuit, Episcopos Parisiensem, Meldensem, Tricassensem, Autissiodorensem, Nivernensem, Aurelianensem & Carnutensem. sed postquam anno 1622. Episcopatus Parisiensis, Archiepiscopatus dignitatem adeptus fuit, etiam Meldensis Aurelianensis & Carnutensis Episcopatus ei accessere: ita ut sub Præsule Senonensi remanserint Tricassensis, Autissiodorensis & Nivernensis Episcopatus: cererum *Agendicum* urbs est ampla, antiqua, pulchra & frequens, pluribus Templis, Monasteriis ac Abbatiis, Collegioque PP. Soci Jesu magnifica: sita *Senonois. Sens.*

Champagne. ad icaunæ ripam, perluta vero *Venna* amne, vias urbis nitidas reddente, ſtratuſque eſt Icauna Ponte juxta urbem Lapideo: altius ad fl. *Verona* eſt pagus, & ibi fons cujus aquæ naturales formant pumices: cætera opida ad Icaunam ſunt: *Ville neufve le Roy*: *Ivigny*, Comitatus dignitate clarum opidum: & infra Agendicum *Pont ſur Yonné*: *Ville neufve le guiard*: & ad Sequanam *Bray*, *Nogent* & prope juxta Arduceum *le Paraclit Abbatia Virg.* cujus Abbatiſſa fuit Heloiſa femina doctiſſima: juxta Lorvinum *Tranezult* Caſtrum vetus, *Trainel* Urſinorum procerum opidum & *Soligny*, & verſus fines Vaſtinenſium, *Bazoche*, *Chan Renard*, *La Ferte*, *Chauderon*: *Fontaine Iean Abbatia* & alia.

Senonois. *Veron.* *Ivigny* *Paraclit.* *Trainel.*

Auxerrois. Sequitur altius *Diœceſis Autiſſiodorenſis*, quam & Icauna perluit, & ſub Metropolitano Senonenſi eſſe dixi: Vino abundat, ita ut omnibus anni menſibus magnam copiam Lutetiæ ſubmittat. E- jus civitas Epiſcopalis eſt *Autiſſiodorum*, pulchra quoque & antiqua, munitaque Arce firma, in colle ſita. Epiſcopus ejus pulchrum inhabitat Palatium, Icauna etiam muros ejus alluit, & egregio Ponte ibi tranſitur: Cætera hujus diœceſis opida & loca præcipua ſunt, ad Icau-

Auxerre.

nam,

nam, *Beaumont, Ville neufve* le gueſt: *Merry, Mailly*: ad Curam *Arcy, Becy, Pontigny, Crevant, Hauterive*, ad Armentionem *Tornodorum* Comitatus titulo nobile: ad quem ſpectat *Ancy le Franc* Caſtrum propinquum inter Galliæ pulchriora numeratum: ad Lonium fl. *Pereuſe*, *S. Sauveur*, *S. Aman*, *S. Forgeau* & aliæ: ad Ligerim *Neuvy*, *Annet*, *Mionne*, *Conada*, opidum *Dom. de Broc. de S. Marc:* Ovus fl. juxta in Ligerim fluit, ultra quem ſuburbium habet, ponte urbi junctum, in quo Dux Niverniæ juriſdictionem exercet: incipit enim hinc. *Champagne. Nivernois. Tonnerre. Ancy. Coſne.*

2.

Nivernia Ducatus & Diæceſis Epiſcopalis Senonenſi ſubjecta, late limites ſuis extendens juxta Burgundos, & Bituriges, opida continens 13. Caſtellaniaſque 30. irrigaturque Icauna, Ligeri & Elavero fluviis navigabilibus: ſed ager ejus frumenti parum, vini fere nihil producit, & licet ſilvoſa ſit regio, paſcuis tamen egregie dives eſt, fodinisque ferri & lapidum: civitas ejus *Nivernia*, Epiſcopatus Ducatus & Patriciatus titulis ſuperba, ſita eſt ad Niverin & Ligerim confluentes, Pontibuſque ſtratos lapideis: & quidem Ligeri inſtructus Pons 20. arcuum ex quadrato lapide, juxtaque urbis ad tus *Nivernois. Nivernois. Nevers.*

Champagne. Nivernois.

viſuntur plura Monaſteria, interque ea PP. Soc. Jeſu Collegium, omnia ad normam Italorum ſtructa: eſt & *Septum, pour le jeu de Maille*, & aliis exercitiis: ipſa urbs eſt pulchra, ampla, opulenta, antiqua & munita, Templis plurimis conſpicua: inter quæ *S. Cyri Cathedrale* continet Ducum ſepulchra magnifica; juxta eſt *Arx* ſive Palatium Ducis ſplendidiſſimum, intus ornatu, extus Areâ quadratâ, ædibus arcuatim ſtructis circumcincta inſtar Areæ Regiæ Pariſienſis. Secundo lapide ab urbe inferius prope Ligerim *Pagus eſt Pouge* celeberrimus

Pouge.

fonte aquarum ſaluberrimarum cui vicinum eſt pratum, diverſoriis & ædiculis, forma arcuali ſtructis, habitatum, in uſum aquas haſce bibentium: inferius eſt *Charitæ* *Charitæum* opidum lautum, Ballivatu & 4. Templis Parochialibus nobile, illuſtre quoque *Prioratu* opulento *Ord. Cluniacenſis*, cujus Prior & opidi Dominus eſt. Situm eſt amœne in clivo montis ad Ligerim, qui ibi Ponte lapideo tranſitur.

Deciza.

Cætera Nivernenſis ducatus opida ſunt *Poully*, *Deciza* inter Arrontem & Ligerim confluentes clauſum opidum & Pontibus utrinque rurſus apertum: item ad Arrontium fl. *Corſy la tour*, *Moulins*

Champagne.

Tricassois.

S. Pierre le Montier.

Clamezy.

N. D. de Bethleem.

Troyes.

Moulins en Guibert : Chastillon S. Sauge. Ultra ligerim. *S. Maurice. Cossa Toury S. Pierre le Montier* ad Elaverum sedes Præsidialis Nivernensis ditionis, *Senconig, la Guierche, le bec d'Allier* : ad Icauam, *Cebigny, S. Leonard, Anant, Tonay, Clamezy*, in cujus suburbio est Templum S. Mariæ Berthleëmitanæ, Episcopatui Berthleëmitano subjectum, & unitum, exemtumque ab omnium Episcoporum Jurisdictione, item *Coelange, Dreux* & alia.

Tertia Metropolitani Senonensis Diœcesis est *Tricassensis*, sed dignitate prima, finibus suis attingens Brienses, Senonenses, Autissiodorenses, Lingonenses & Catalaunenses : Ager ejus planus & fertilis, pascuisque lætus. Metropolis ejus *Augusta Tricassium*, urbs amplissima, populosa, & locupletum mercatorum familiis nobilissima, caput *Campaniæ inferioris*, Lutetiæ filia, & Veterum Palatinorum Comitum sedes & sepultura, uti videre est in D. Petri æde Cathedrali: Templa enim Collegialia continet duo Parochialia Septem & inter Cœnobia Abbatiam opulentam : Sita est in læva Sequanæ ripa, cujus alveis binis perluitur : & moletrinas chartarias, aliasque versat plurimas : Reliqua hujus

Champagne. ditionis opida sunt inferius ad Sequanam *Mery* & *Pons*: & superius à Trecâ: *Bar sur Seyne*, *Mussy* l'Evesque & alia: & ad Albulam: *Bar sur Aube* Comitatus titulo clarum opidum & optimæ notæ vinis, *Beaulieu*: *Mons*, *Sommenoire*, *Monstier* en Der, *Almance*: *Brantigny*, *Piney* Ducatus & Patriciatus dignitate clarum opidum familiæ Luxemburgicæ, *Rameru*, *Arcis*. *Plancy* castellum vetustissimum: *Fere* Champenoise, *Sezane*, *Anglure*. Baronia ab Episcopatu Tricassensi dependens: *Saron*, *Marcilly* & alia.

Tricassois.

1. *Bar sur Seine.*

2. *Sar sur Aube.*

Piney.

Plancy.

Anglure.

Tricassensi orientem versus adjacet in Campania *Diœcesis Lingonensis*, juxta fines Burgundiæ & Lotharingiæ protensa: cujus urbs Episcopalis *Lingonum*, sub Præsulæ Lugdunensi: Episcopi vero & Ducis Parisque Franciæ titulis gaudent: Civitas vero est antiqua & pulchra prope fontes Matronæ & ad clivum Vogesi montis sita, loco amœno, egregie munita, spectanda Templo Cathedrali S. Mammæ, inter Galliæ pulcherrima numerato: item Arcu Triumphali, aliisque Romanorum antiquis monimentis. Cætera opida sunt ad Albulam, *S. Loup*, *Arques*, *Chau Vilain*, *Longchamp*. ad Matronam *Brenon*, *S. Saueur*, *Nogent le Rocheux*, *Dame Marie*, *Marnay*: *Calvimon-*

2. *Augres.*

Bassigny.

Chaumont.

roimontium caput Baſſiniæ Regionis, al- *Champagne.*
tæ rupi inſidens ad Suiſiam fl. cum Ar- *Langenois*
ce, item *Beaufremont* & *S. Vrbain, Abba-* *Joinvil-*
tiæ: tum *Iunivilla* Vallenſis territorii ca- *le.*
put & Principatus titulo nobile opi-
dum, gentis Guiſiæ, cujus & hic in Tem-
plo ſtupendum ſepulchrum: ſpectant
huc *Sailly* Baronatus, & *Vaſſy* opidum &
alia: ad Saltum fl. *Grand* opidum nobile *Grand*
& *Lignium* Comitatus caput: prope ab- *Ligny.*
jacet in montis vertice *Abbatia* cum
Fonte admirandæ pulchritudinis & alia.

Sequitur hinc inferius juxta Matro- 3 *Cha-*
nam fl. *Catalaunenſis Diœceſis* nobiliſſi- *lonois.*
ma, cujus metropolis *Catalaunum* ſub *Cha-*
Præſule Remenſi; eſtque ejus Epiſco- *lon.* *
pus Comes ditionis & Par Franciæ, urbs
ipſa eſt ampla & commerciis (panni im-
primis & linei) opulenta: ædibus ex la-
pide cretoſo ſplendida, ſuperba turri-
bus pyramidalibus, amœna ſitu & am-
bulacris: Cetera opida huc ſpectantia
inferius ſunt *Champigneul, Avize, Le Me-*
nil, Versus, Mommor, Superius ad Saltum
& Matronam confluentes: *Vitriacum* *Vitrei*
Francicum, caput territorii Perticenſis *le Fran-*
& *Superioris Campaniæ*, ſedeſque Balli- *ce.*
vatus ſpatioſi, & *Vitriacum incenſum,* *Vitrii*
ab legione Romana Victrice nomen *le brul-*
ſervans; cui *Saltus* foſſæ loco eſt, uti *le.*

Champagne. Remous 3. Bar-le Duc S. Menehou.

Matrona alteti; altiusque ad Matronam *S. Desiderii opidum* cum Arce munitum: & hinc longius ad Saltum fl. *Bar le Duc.* Ducatus utique caput: & ad Axoniæ fl. fontes *Clairmont*, *Varennes*, Regiumque *S. Menechildi Prætorium* & Castrum rupi impositum, quam stagna cingunt.

Remois

Succedit hinc inferius *Ducatus & Diœcesis Remensis* omnium nobilissima, cujus Præsul Archiepiscopus, Dux & Primus Par franciæ, multisque prærogativis insignis, Episcopos habens suffraganeos, *Catalaunensem*, *Laonensem*, *Noviodunensem*, *Pares Franciæ*: & *Bellovacensem Parem quoque*: *item Silvanectensem*, *Suessonensem*, *Ambianensem* & *Bononiensem.*

Reims.

4. Civitas ejus *Duirocortorum Remorum*, antiquitate Romæ æmula, Academia illustris: senatu juridico, Ballivatu ac aliis Regiis officialibus, nobilis, celebris vero Abbatiâ S. Remi, ampullam servante cum oleo Sacro, cœlitus dimissam, quo Reges inungi hic solent à Præsule Remensi, qui & Diadema Regi confert: sita est ad Velam amnem: ad quem

Sillery

altius opidum *Sillery*, in insula Pontibus pervia, structum: & inferius *Pont l'Archevesque* & *Fismes:* cetera hujus Diœcesis opida ad Matronam sunt *Tour* sur Mar-

ne,

ne, *Avenay*. *Ay* vino generoso clarum: *Aspernay* & alia: ad Suippam, *Suippa*, *Sommepy*, *Machault*, *Geneville*, Pont. *Vauvergne*, *iste* & alia. *Champagne.* *Retel.* *Ay.*

Item ad Axonam *Ducatus Retelensis*, cujus caput *Retelium* Ducatus & Patriatus titulis nobile, magno fossarum circuitu cinctum, Arceque vetteri munitum, ad Axonam fl. inferius ad Axonem conspicitur *Chast. Porcieu* egregie munitum: superius, *Atigny*, *Tourteron*, *Vouzy*, *Grandpré*, *Autoy*, *Cernay* en Dormois. *La Neufville* au Pont, *Varennes*, *Monfaucon*: & hinc ad Mosam proxime *Dun*: *Ville Franche*; *Beaumont*, *Mouzon* opidum munitum & liberũ ab omni gabella, Regimine utens distincto ab aliis, & jurisdictione summà. *Raucour* & *Sedan* Principatus titulo nobilis & illustris Gymnasio urbs, tribus divisa plateis majoribus, omnisque generis fortalitiis munitissima omnium ferè Europæ: *Douchery* & *Charleville* & *Masieres* ad gyrum Mosæ duplicem quasi in insula posita opida, *illud* ab Carolo Gonzaga structum, Arcem habet in propinquo Monte Olympico, & intus in opido tentoria superba ad formam Areæ Regiæ Parisiensis. *Hoc* propugnaculis egregie munitum, suburbia habet duo summo Imperio gaudentia: inferius hinc *Retelois.* *Chast. Porcieu.* *Mouzon.* *Sedan.* *Charleville.* *Masieres.*

juxta

Champagne. juxta ſilvam eſt *Recroy* fortalitium modernum. Atque ad rivos in Moſã exeuntes proxime *Maubert* Fontaine *Aubigny*, *Signy* l'Abbaye *Launoy*, *Vendereſſe*, *La Caſſine* fortalitium: *Le Cheſne*, *Brient* ſur Bare, *Beſancy* & alia.

Retel. Rocroy. Le Cheſne.

Soiſſonnois Hæc de Remenſi lata ditione: inter quam & *fines Valeſii Ducatus*, *Comitatuſque Brienſis*, *Sueſſonum Regio* ſita eſt amœno & fertili loco: cujus civitas *Soiſſons.* *Soiſſons.* Regia olim urbs fuit: hodie Epiſcopatu (ſub Remenſi Præſule) & Comitatu nobiliſſimo, gaudet. Abbatiam habet Virg. quam *Ebrio Tyrannus* Palatii Franciæ Magiſter, olim fundavit, ſitus ejus ad Axonam fl. commodiſſimus; & ſpectant ad eam *Vir* ſur Aiſne, *Brine* ad Veliam: *Muret*: & ad Uram *Fer* en Terdenois, *Coinſy*: ad Matronam, *Damery*, *Chaſtillon*, *Dormant* & prope *Conde* & alia.

Laonnois Inter Remenſem Campaniæ ditionem, Picardiam, & Noviodunenſem, Sueſſonemque Diœceſes ſequitur *Laudunenſis* late ſe extendens; cujus caput & Metropolis (ſub Remenſi quoque) *Laudunum Clavatum* in colle non procul à Flettæ fluvioli fontibus condita à Macrobio Prætore Romano: eſtque Epiſcopus ejus Dux & Par Franciæ: opida & loca potiora huc ſpectantia ſunt, *Creſpy*

Laon. *Creſpy.*

en

en Laonnois ad Itagnum ſitum *Buyer*: *N. D. de Lyeſſe*, *Pierre Pont* in inſula poſitum amœnè, & ad Axonem *Neufechaſtel* in Inſula, *Pont à Vere*, *Cranne*, *Pont Arcy*, *Veſly* opidum Archiepiſcopi Remenſis, permutationis jure, vice opidi *Mozonis* ad Moſam ſiti: de quo ſupra dixi. *Champagne. Laonneis. Veſly.*

Sequitur *Noviodunenſis Comitatus* & *Diœceſis Tartenenſis* quam Æſia fl. irrigat; ejus metropolis eſt *Noviodunum* urbs antiquiſſima, ter igne deleta, Xenodochium oſtentans opulentum anno 1178. ab Joanne de S. Eloy & Adda uxore ejus fundatum: ſita eſt ad Verſam amniculum inde mox in Æſiam abeuntem: opida ejus inferius ſunt *Pont l'Eveſque*: *Pierre Ponce*: *Maurenau* & *S. Croye* duæ Abbatiæ & Prope Axonam fl. *La Ioye* Prioratus: ad Flettam *Pont S. Marc. S. Paul au bois*, ad Æſiam *Chauny* & alia. *Tardenois*, 6. *Noyon*

HUc uſque de nobiliſſima Campaniæ Provincia & ejus appendicibus, Sequitur hanc *Picardia* ceteris finibus Franciæ ditiones & Normanniam, itemque Oceanum & Belgii Provincias aliquot attingens: nobilitate & equitatu præcellens regio, fertilitate vero adeo inſignis ut Horreum Franciæ & Lutetiæ audiat, ampla quoque eſt & longe extenſa, Æſia & Somona fl. navigabilibus *Picardie*,

Picardie. bilibus perluta, & aliquot ditionibus distincta, Quarum proximæ & Campaniam contingentes sunt, *Capelle & Tardenois*, *Ducatus Tirachiæ* membra: *Tirachiæ caput* est *Guisia*, opidum Arce magnificâ, Ducatus & Patriciatus titulis nobilissimum, Æsia flumine in superius ac inferius divisum: Cappellæ ditionis opidum est *Cappella* egregio Fortalitio munitum versus Hannoniæ fines: item *Vervinium* in edito monte situm, & munitum: *Marle*, *Aubenton Rosoy*: *Tartenensis* ditionis caput est *la Fere* urbs munitissima cujus fossæ Æsiæ & Serræ fluminum confluentium, aquis perpetuis implentur, cetera opida Sunt *Ribemont*, altius ad Æsiam in colle situm: item *Mont S. Benoist*: & ad Serram fl. *Pont à bare*: *Dansy*, *Monnon* le Comte & alia.

Tiraschio Guise.

Cappello.

Vervins.

Tardenois.

La Fere.

Ribemont.

Vermandois. s. Quintin.

Tiraschiam, versus occidentem, sequitur *Comitatus Veromanduorum* nobilissimus cujus opida sunt *Augusta Veromanduorum*, opidum munitissimum ad Somonæ fl. stagna paludosa & prata situm: uti & inferius *Han* Arce munitum

Perone

quoque, & *Perona* stagnis, intus Templum habet Collegiatum D. Virg. Pontifici immediate subjectum, architecturæ artificio admirandum, & interiore ornatu precioso splendidum; cætera opi-

da

da sunt *Dalon* infra S. Quintini opidum ad Somonam fl. item *Vermand* Abbatia ad Viguonem, *Castellet* ad Schaldin fl. *Santerre* vicinæ opida sunt *Nella* ad Ignonem fl. Arce validum opidum, cujus Marchio familiæ Curteniæ est affinis, quæ orta ex Regibus Galliæ: *Roye* Morelio amne divisum opidum & Ponte sublicio junctum, amœnum est & Arce firmum. *Mondidier* inferius monti edito impositum & aliâ. *Picardie.* *Santerre nelle* *Roye.* *Mondidier.*

Sequitur jam *Vera Picardia* quam mediam Somona percurrit, cujusque Metropolis *Ambianum* (veteribus *Samarobriga*) Episcoparu (sub Remensi Præsule) divite, illustris; Comitatus & Vidamiæ caput: sedes Præsidialis & Ballivatus nobilissima: urbs divesac populo potens; privilegiis insignis; ædificiis Templisque magnifica; in primis Cathedrali, quæ ex quadrato lapide alta, & intus ornatissima: & Collegio PP. Soc. Jesu frequentissimo: Curiâ item & Armamentario, carceribusque publicis, in media urbe forma pyramidali exstructis: munita autem adeo est Arce & operibus ut clavis Galliæ, hac parte, dicatur. *Amiens.*

Altius ad Somonam & Ancram confluentes *Corbia* se offert opidum quoque munitissimum & Vidamiæ titulo clarum. *Corbie.*

Picardie.

rum. Ad Encram fl. vero altius, opidum occurrit *Ancra* olim, nunc *Albretia* dictum Marchionatus titulo celeberrimũ. Infra Ambianum *Pecquicnium* eſt cum Ponte Somonæ inſtructo, opidum quoque celebre & Vidamiæ titulo nobile.

Encre.

Ab hoc inferius juxta dextram Somonæ ripam *Ponthivii Ducatus* ſe offert, ad ſiniſtram *Vimuſii* territorium, cujus urbs præcipua *Abbatis Villa*, quæ ampla & dives, ſituque commoda mercimoniis ad Somonam; qui hinc lato alveo in oceanum fluit navesque admittit: ad oſtium ejus ſiniſtrum, *S. Valerii* fanum eſt, antiquum Galarici Monaſterium: cetera Vimuſii opida ſunt ad Breſliam amnem Picardiæ & Normanniæ hic limitem, *Sener. Pont Blangy: Gamace, Andricourt* & alia.

Ponthieu.

Vimeux.

Albeville.

S. Valeri.

Pont. hieu.

Ponthiviæ ditionis, opidum, *Ponthivium* eſt ducatus & Patriciatus titulis nobile, & *S. Riquier*, atque in dextra oſtii Somonæ ripa *Crotoſium* opidum Portu & Arce ſpectabile: cetera opida ſunt, proxime hinc ad Majam amniculum *Rue* opidum non contemnendum, *Creſſy* in planitie ſitum, prælio inter Anglos & *Gallos* nota: ad Althium fl. *Dourlens* opidum munitum *Auxy le Chav: Ray. Nempont, Collines* & alia: ad Caucham fl.

Crotoy.

Rue.

Dourlens.

Heſdin

Heſdin opidum munitum : *S. Paul.* Comitatus caput: *Monſtreul*, munitum quoque deinde prope Oceanum in Boloniæ diœceſi *S. Lupi Abbatis ſtapulæ* : Portum habens ſed minus frequentatum. *Pitar.* *die.* *S Paul* *Eſta-* *ples.*

Bolonia diœceſis & Comitatus Morinenſis hinc ſe extendit juxta Oceanum & Arteſiæ comitatum: intus ſilvis & montibus frequens, ad maris tractum arenoſus, Comitatum hunc Reges Galliæ ab D. Virgine in feudum poſſident, perſolvuntque eo nomine in æde D. Virginis Boloniæ Laudemii vice *Cor Aureum* ponderans 2000. ſcutorum : *Bolonia* metropolis ejus (Remenſi Præſuli ſubjecta) loco plano ſita eſt ad mare & Lyanæ fl. oſtium, in ſuperius & inferius diviſum, firmis muris & profundis foſſis cinctum, ac mercimoniis, ob Portum commodum munitumque, dives : cetera, ejus opida ſunt *Monthulin*: *Liques*, *Ardres* Baronatus, opidum parvum ſed munitum clivo inſidens, *Portet* 2. à Bolonia mill. ſitum, interjecto flumine, quod æſtu maris intumeſcit & Ponte jungitur. *Bologne.* *Ardres* *Portet.*

Bolonenſi Comitatui ſuccedit *Guinenſis*, qui diſterminatur à *Comitatu Oyo* per Canalem majorem, qui opidum ipſum præterlabitur, territorium fere reddens inexpugnabile : *Guines*, primarium *Guines* *Com.*

opi-

Picardie. opidum, loci natura munitum est & validum, cetera ejus opida sunt *Harincourt*, *Popingue*, *Coquelle*, *Hames* Castellum munitissimum in paludibus fluctuantibus situm, item *Port Nivellet*: *Cortembrone* & *Fienne* Baronatus duo &c.

Hames.

Calet. *Oyensis Com:* opidum Princeps est *Caletum*, veteribus Gessoriacum & Portus Iccius: opidum non inelegans & mercimoniis maritimis dives, omnique ex parte munitum adeo ut inexpugnabile habeatur: cetera opida sunt *Oye* cum fortalitiis vicinis; *Gravelinga* urbs munitissima & emporium celebre; *Borburgum* munitum quoque opidum egregie. *Dunkerka*, & alia.

Oye.

Grevelinge.

Normandie. Afinibus Picardiæ & Brassia amne secundum litus Oceani longe lateque extenditur *Normanniæ Ducatus* ad Britanniæ Ducatum usque: introrsus fines contingens Franciæ, Belsiæ, & Cenomaniæ; Regio fertilis frugum fructuum, pascuorum & omnis generis annonæ, nisi quod loca mari vicina ferè sterilia sint: vinique inopiam sidra & pyrasium suppleant; *situs* ejus sub gradibus latitudinis 49 & 50. pars eis Sequanam quæ Caletensis terra dicitur: pars ultra fl. quæ maxima, continens Diæceses Episcopales sex.

Pais de Caux.

Metro-

Metropolis ejus *Rotomagus* Parlamenti Normanniæ, Cameræ rationum, & Archiepiſcopi ſedes, urbs pulchra & opulentiſſimum ad mare Britannicum Emporium, Antverpiâ paulò anguſtior ſed civibus frequentior, qui hic 120000. numerantur: magnifica eſt templis, maxime Metropolitana æde ac Cœnobiis plurimis, ac Xenodochiis, collegioque PP. Soc. Jeſu, atque S. Ovani Abbatiâ, Regum hic morantium, manſione: inter Politica ædificia eminent Curia Parlamenti, Pallatium Senatorum, Burſa Mercatorum, aliaque Palatia magnatum plura, quamvis gregariæ ædes non ſint admodum conſpicuæ, & plateæ plures anguſtæ: ſita eſt in dextra Sequanæ ripa & regione Caletenſi: in ulteriore Sequanæ ripa ſuburbium habet S. Severi, & læta paſcua: quò Pons lapideus eximii operis ducit, antequam pars ejus media collapſa fuit, juxta eum ſunt ſtationes Navium; imminetque Caſtellum 11. turribus ſuperbum: urbem intus tres perluunt amnes, quinque Pontibus ſtrati, verſanteſque molendina plurima. *Normandie.* *Pais de Caux.* *Rouen.*

Cætera opida inferius ad Sequanam in *Caletenſi* territorio ſunt: *Caletorum* opidum, ſede præſidiali conſpicuum *Iulia bona* ab Jul. Cæſare condita, *Harfleus* *Caldebec.* *Iſle-bonne.*

Norman. pais de Caux. leu & *Havre de Grace* opidum Portu tutissimo, & munitionibus admirandis illustre; inde ad Oceani litus *Fescamp*, nobile opidum Abbatiâ, quæ ibi opulenta, in cujus S. Æde Mausolæum Regum aliquot Britanniæ, & Ducum Normanniæ: item *Vallemont*, *Fauville*, *Cauville*, *Cany*: *Cliquedent*, *S. Valeri*, *Espineul*, *Tanqueville* & *Diepe* opidum lautum & opulentum, Portu & negociationibus longinquis celebre: munitumque arce ac aliis operibus: Hinc *Criel*, *Tresport* ad ostium *Bresliæ* amnis: & *Eu* opidum comitatus olim & Patriciatus titulis nobilitatum ab Carolo 7. & altius ad Bresliæ fontes *Aumalia* Ducatus & Patriciatus dignitate donatum ab Henrico 2. & ad Bethunæ fontes *Neufchastel*, & inferius *Arques* celebre prælio Henrici IV. contra Ducem Meduanum, & prope *fontes Andeliæ* & sylvam Brajam, *la Ferte en Bray* in colle situm, & inferius *Elbeuf*, *Charleval*. *Silva Leonia*, cum opido *Leonio*: *Fleury*, in via regia situm, & *Pons S. Petri* Roncelliæ gentis præcipua sedes: ad Eptam fl. limitaneum, cancris, anguillis, truttis, luciis & gobionibus fœcundum, *Gournay*, Gisors opidum adeo fertili ac amœno situm loco ut Doarium D. Virginis audiat & Gisortium quasi

Havre de Grace. Fescamp. Diepe. Tresport. Eu. Aumale. Arques Lyons. Fleuri. P. S. Pierre. Epte fl. Gisors.

quasi Regis otium dictum velint: *Dan-gu*: *S. Clair* in via regia, uti & interius, ad rivum, *Magny* opidum Vilregii, & versus Rotomagum *Tilliers*, *Richeville*, *Escouy* opidum cum Templo collegiato, decani & 12. Canonicorum, in quo Sepulchrum Archiepiscopi & statua, & enigma (ut ajunt) misterium iniquitatis, quod sic habet: *Cy gist le fils & la mere: la fille & le Pere: la sœur & le frere: la femme & le mary: Et n'y a que trois Corps icy:* & ad Sequanam *Andely* opidulum Gambone rivo rigatum: cui in edito colle adstructum *Castrum Gallardi*: inde inferius *Abbatia des 2. Amans*: *Angonville*, *Gray* è regione *Pontis Arcuati* & alia. *Normandie.* *Magny.* *Escouy* *Andely.* *C. Gallard.*

Hæc de *Caletensi ditione* ultra Sequanam, Proxima hic *Diœcesis Eburonicensis* occurrit, quam Andura & *Iton*, *Rillaque* fl. irrigant: ejus civitas Episcopalis est *Mediolanum Aulercorum* sive *Eburonicum*, nobilis Comitatu, cujus Possessores fuere Reges Navarræ, & filii Regum Franciæ, sita amœne ad fl. *Itonem*, Luciis & percis optimis, aquisque crystallinis gratum, qui in cursu suo absorbetur & rursus post 3000. pass. emergit. Supra *Bretevil* opidum juxta nemus pulcherrimum positum & *Condey* amœnissimus Episcopi Eburonicensis recessus, *1. Evreux.* *Bretevil.* *Condey*

Normandie. ubi Iton Pontem habet lapideum ¼ Cætera opida ad Anduram sita, sunt *Aquigny*, *Louviers*, *La Vacherie*, *Passy*, *Ivry* cruento prælio Henrici IV. clarum: & altius, *l'Estrée* Abbatia *Nonencourt*, cujus suburbia ultra Anduram, Franciæ ditionis sunt, item *Tillers*, *Vernevil* & alia: ad Sequanam *Vernon* opidum cum Arce & Ponte lapideo super Sequanam: *P. Gaillon* Arcem quoque habens edito colli instructam, intus splendide ornatam; extus hortis amœnissimis venustam, secessus est Archiepiscopi Rothomagensis: *Port S. Pierre* ad ostium Anduræ: *Pons Arcuatus*, opidum probe munitum juxta insulam Sequanæ Pontibus junctam utrique ripæ: tum *Elbœuf*: *Nouveau monde*: *Quevilly* ubi Reformati Rotomagenses templum habent. *La Bouille* municipium frequens navium Trajectu Rothomagum: *Iville*, *Le Landon*, *Vateville*, *Quillebœuf*; opidum lautum ad quod naves ex Oceano ascendentes vela submittunt: & alia. Hinc ad Rillam proxime *Anebault*, *le Bec*, *Neufbourg*, *Beaumont le Roger*: *Conches*, *Lyre*, *Rugles*, *l'Aigle* Baronatus: & alia.

Ivry. *P. Gaillon.* *T. de l'Arche.* *Elbœuf* *La Bouille.* *Quillebœuf.* *l'Aigle.*

2. *Seez.* *Secunda* & huic occidentem versus contigua *Diœcesis* est *Sesuviensis*, cujus civitas *Sesuvium*, dives & antiqua, ad fontes

fontes Olenæ sita, cujus opida sunt ad fines Perchenses & Meduanenses *Bonnefoy, Moulins en la Marche, S. Leger, Hauterive*: *Alenconium*, urbs Ducatus & Patriciatus dignitate nobilissima, & Ballivatu dignissimo illustris, sita ad *Sartham* fl. purissimum, inter duo Nemora, in medio campi omnis generis frugum & fructuum feraciſſimi, *Condé, Caronge, La Ferte, Marche*, & ad Olenam *S. Marie, Monstreul, S. Malo, Esconchy, Argentan* opidum firmum Nodavid, & alia. Normandie. * Alencon. Argentan.

Tertia Diœcesis Lexoviensis, Sona fl. perluitur Divamque & Rillam fluvios limitaneos habet, urbs ejus Episcopalis est *Lexovium* Cæsari notum: & Episcopus hic quoque Comes ditionis est: situs ejus ad Sonum fl. sequunturque inferius P. *l'Eveſque, S. Arnou & Touque*, & ad littus oceani *Auberteville* & ad Divam fl. *S. Sauveur de Dive Cabout, Beiteron, S. Sanſon, Hervetot, S. Barbe, lors, Morteaux, Oniel ſource de Dive &c.* & ad Quillam: *Monstreul, Angelo, Bernay, N. D. de Ilone, S. Chriſtoſle.* Ponteau Mer, rivulo cinctum, & ad ostium Sequanæ *Honfleur* cum Arce & Portu insigni opidum. 3. Lisieux. Ponteau Mer. Honfleur.

Hanc occidentem versus sequitur *Bajocensis Diœceſis* late juxta oceanum & 4. Bajeux.

Nor-mandie. introrsus extensa, perluitur *Olena*, *Aura* & *Droma* fl. viriumque amœnem Limitaneum habet, quo ab *Constantiensi* & *Abrincantensi Diœcesibus* distinguitur. *Metropolis* ejus *Bojocassium*, cujus Episcopus Vicarius est Archiepiscopi & *Cancellarius Academiæ Cadomensis*; ejusque *Conservatores*, *Lexoviensis* & *Constantiensis Episcopi*; Ecclesia ejus Cathedralis inter pulcherrimas Normanniæ numeratur, eique inserviunt 50. Canonici: sita est inter Auram & Dromam amnes, qui juncti, inde absorbentur, & emergunt rursus, Portumque ad mare *Bessin.* Bessinum formant; cætera opida ad *Tert.* Dromam sunt *Barbeville*, *Vaubandon*: & ad Auram: *S. Vast*, *Ioays*, *Argenchy*, *Mondoye*, *S. Nicolas*; ad Siliam, *Senans*: ad *Caen.* Olenam *Cadomum*, urbs opulenta, antiqua, pulchra & amœna, Olenâ fl. divisa: Pontibusque magnificis juncta, Portum ad Oceanum habens *Estrehan* unde naves ope fluxus marini ad urbem ascendunt: *Academiam* habet illustrem: nobilisque est sede Præsidiali, Ballivatu, Senescallia, Vicario Archithalassi: & *Cameris Generalium*, *Monetæ*, *Thesaurariorum*, *Electorum*, item Curia Episcopi, Curiâ urbis, magnifice Ponti instructâ: Abbatiâ opulenta, ac Arce om-

omnium Normanniæ munitissimâ, ager ejus fertilis & amœnus ac vini quoque ferax. *Normandie*

Cætera ad Olenam opida sunt *Allemagne*, *S. George*, *Toury*, *Vanin*, *Pont d'Oly*, *Conde*: ad Antam *Falaise* opidum antiquum arcem habent post Cadomensem, firmissimam: stagno in exhaustæ aquæ cinctum: secessus olim Ducum Normanniæ: *Gibraum* tanquam Suburbium ei annexum, nundinis gaudet celeberrimis: Vicinis ei *Mons Arienus* vocatur lucrum rapacium & aquilarum domicilium: altius ad rivos Divæ *Susinons*, *S. Silvain*, *Argence*, *Rapere*, *Tronchart*, *Bures*, & ad Oceanum, *Mareville*, *Hermanville*, *Bernieres*, *Craix*, *Annelles*, *Come*, *Beaumont*, *Grand camp*: ad Virium fl. *S Clement*, *Nully*. *Mons S. Lo* opidum Vicecomitatu nobile & Arce munitum; *Tourigny*, *Texe*, *le Dosert*, *Recule*, *Vire* opidum lautum & Arce firmum, Regia sedes Prætorii Cadomensis, & ulterius versus Alenconium Silvæ binæ amplæ. *Vanin.* *Falaise.* *Gibray* *Mons d'Arie ne.* *S. Lo.* *Vire.*

Bajocensem sequitur *Diœcesis Constantiensis* duobus Promontoriis altè in Oceanum eminens: cujus metropolis *Castra Constantia* urbs pulchra, ampla, & frequens opulentis Mercatoribus, situs ejus commodus ad Uliam amnem non *5. Constantin* *Contan ce.*

Normandie. adeo longe à mari; nuda est & sine moenibus & aquâ, quam ex amne per tubos plumbeos in urbem ducit: Nobilis est Vice comitatus titulo: Sede Præsidiali, Seneschalliâ, Ballivatu, & Electorum Camerâ.

Cætera opida versus fines Bajocenses & Oceanum sunt *Amigny*, *S. Formont*, *les Hommes*: & ad Litus inter duos sinus *Auville*, ulterius *Karantan* mercimoniis frequens Arce & mari munitum Dovaque amne: altius hinc ad Dovam fl. *Hurville*, *Colomby*, *S. Sauveur le Vicomte*, atque in *Sylva Briquebeciæ*, *Yvetot municipium Bellajorum familiæ*, Liberum & Regni titulo decoratum: altius *Valogne* & *Briquebec* & in litore Oceani *S. Vas*, *Barfleur*, *Geberville*, *Restonville*, *Berteville*, *Cherbourg* quasi Cæsaris burgus, arce munitum opidum: inde *Andreville*, *Barneville S. Germain*, *Creances*, *Pont de la Roque*, *Hauteville*. ad Uliæ fl. ostium infra Constantiam Portus cum Ponte: inde interius ad Heronem fl *Gaure* & *Ville Dieu* burgus nobilis, commendatariâ S. Joannis, & Ballivatu, cujus incolæ fere sunt bractearii: & rursus ad Litus Oceani *Brehan Granville* ad Promontorium situm, & alia.

Karantan. Yvetot Cherbourg. Hauteville. Ville Dieu.

Sequitur *Diœcesis Abrincantensis* juxta mare

mare & Virium amnem ad fines usque Britonum: ejus urbs Episcopalis est *Arborica* sive *Abrinca*, inter Senuam & Ardram fluvios, in edito colle, qui Oceano imminet sita *Portuque S. Ioannis* ad Senuam, & *d'Ambault* ad Ardram altero, insignis, cincta valido muro & fossis profundis: Suburbia habens ipsa urbe ampliora. Ecclesia Cathedralis est ex dignissimis, cui inserviunt 20. Canonici: Pertinet ad hanc Diœcesin *Mons S. Michaëlis* 3. mill. à continenti in mari situs, qui olim eremus & solitudo, paulatim in nobilissimam excrevit urbem Castello firmo munitam: juxta quod Fons aquæ Saluberrimæ, nomen habet à Monasterio ord. S. Benedicti opulento & S. Michaëli Sacro, cujus Fundator in Eremo ibi fuit Richardus primus Normanniæ Dux. Cætera opida sunt ad Oceanum *Beauvais*, *Ardenton*, *Courtis*, *Benest*, *Bouillon*, ad Senuam fl. *La Godefroy*, *Vervin*, *Brecoy*, *Cuves*, *S. Martin*, *le Boellant*, *S. Pairmonjoye*, *Surdenot*, *Val. Mortain* Comitatus titulo nobile: ad Ardram, *S. Cir*, *S. Iean de Coral*, *Les Pentis*, *les Biars*, *Vesin*, *Duce*, *S. Laurens*, *S. Genie*, *Pont Orson*, opidum cum Ponte ad *Coënum* fluvium Britannici juris, qui mox in Oceanum exit.

Normandie.

S. Aurenches

S. M. S. Michaëlis.

Mordain.

P. Orson.

Bretag ne. SEquitur *Britannia*, nobilissima Provincia *Ducatus* nomine celeberrima. Oceanum inter & Andes Pictonesque clausa; ingenti verò adeo cornu in mare prominens, ut peninsula sit satis culta & habitata secundum Oceanum, interius sterilior: homines, animalia & arbores producit, minoris, quam alibi proceritatis; & Leprosos habet plures: Novem continet urbes Episcopales sub Metropolitano Turonensi: & *Parlamentum*, cujus sedes *in urbe Condate Redonum*, olim Principum Domicilio: nunc & Episcopatu illustris: sita est ad Vilaniæ amnis fontes versus limites Meduanenses, opida habens in circuitu juxta rivos Vilaniæ *Breol*, *Monfort la Canne*, *Comper*, *Gael*, *Mouron*, *Bignon*, *Guer*, *Messac*, *Bain*, *Martigne*, *Guerche*, *Louvigne*, *Vitray*, *la Corzille*, & *Fougeres* ad Coënum: & alia.

1. Redones.

2. Dole Hinc juxta mare sequitur *Dolensis Diœcesis* ad Normanniæ fines usque, cujus *Civitas Dole*, & Præsul Comes, primusque in Comitiis Britanniæ Episcopus, sita non procul ab Oceano inter Coesnum & Rincium piscosum, amnes: opida ejus sunt *Antain* ad Coesnum, *Gaillard*, *Aubigne*, *Tintina*, *Conbourg*, *Pleudihen*, *Chauneuf* & *Cancalle* ad littus oceani & alia.

Suc-

Succedit huic juxta mare & Rincium fl. *Maclovienſis Diœceſis*, cujus Civitas *Maclovium* quæ in inſula (olim Aletha vocata) jacet, ad quam ex continenti aditus 1000 paſſuum anguſtus: *Emporium* ſitus cauſa eſt ſingulare, & clavis hic Galliæ: quam Moloſſi canes, nocte excubias agentes ſervant. Subſunt ei *Dinan* opidum eximiæ pulchritudinis ad Rincium fl. ſitum, mercimoniis dives & frequens, Ducibuſque olim in deliciis: item altius *Laurelais*, *Bron*, & interius *Iugon*, *Coeſlance*, *Lamballe*, *Matignon*, *Cheman*, *Chauſſé* & alia. *Bretagne.* 3. *Malo.* *Dinan*

Sequitur ad Oceanum *Briocenſis Diœceſis*, & *Briene* civitas ejus, ſita eſt ad Trievam & Arguenon rivulos non procul à mari, Arcem habens rupi excelſæ inſtructam tutam navibus ſtationem & urbi manſionem, facientem. Cætera opida ſunt, ad ſinum maris, *Soiſſons*, *Etable*, *Portris*, *S. Guy*, introrſum: *Moncontour*, *Vzel*, *Quintin*, *Bourbriac*, *La Croix de mahala*, *Gigand*, *Lannolon* & alia. 4. *Briene.*

Proxime huic adjacet *Diœceſis Trecorenſis*, cujus civitatem maris ſinus cingit & non raro diluit: opida ejus ad ſinum *La Roche d'errion*, *Tredazee*; & interius ad Lezam fl. *Kinoroch*, *Callac*: ad Triegium amnem *Bolliſle*, *Vieux Marche* 5. *Lanmeur.* *Treguet*

Bretagne. & ad mare *Treſgaſtel*, & *Les 7. Iſles*, & intus *Garleſquin*, *Ponto*, *Lemnur*, & ad Oceanum *Loquemeau*, *Primel*, & alia.

6. Succedit juxta Oceanum *Leonenſis Diœceſis*, cujus civitas *Fanum S. Pauli Leonenſis*, ad ſinum maris ſita urbs commode: cui proximè adjacet, in vicini ſinus inſula, *Taurinum* munito nova, imperans tranſeuntibus ex Oceano *Morleum* opidum propinquum & flumine diviſum ità ut pars ejus ſit ſub Diœceſi Tricorenſi: cætera opida ſunt ad Oceanum. *Abricae*, *Porſal*, *Plondam Mezeau*: *S. Renen*, *Plouarzel*, *Ploumaguer*: & ibi è regione *Oeſſant*, *inſula* pyratis fere patens: tum ad Spatioſum maris ſignum: Portumque multiplicem *Breſt* opidum cum arce muniriſſimum; Britanniæque propugnaculum: item *Port le Fou*, *Chaulin*, *Chauneuf*, *Braſpart*, *la Feulle*, *Lomeral*, *Lenderneau*, *Landunzio*, & alia.

S. Pol. *Taurinum.* *Morlays.* *Oeſſant* *Breſt.*

7. Sequitur ultra ſinum & flumen ejus Alſenam *Diœceſis Corantinenſis*, cujus civitas *Corentin* ad Oderum & confluentes ei amnes ſita, qui pluribus Pontibus ſtrati: cujus opida ad mare ſunt *Pont l'Abbé*, *Portecroix*, *Eſquibien*, & ad ſinum, Sardinorum piſcatu notum, *Leras*, *Plongen*, *Dovarnenc*, *Loorenan*, *S. Vic*, *Port de Labor Croſon*, *Lendenenes*, *Abbe*, & verſus

Corentin.

Lige-

Ligerim *S. Ernazet*, *Logament*, *Conquereau*, *Pont davan*, *Quiriperle*, & è regione *Les iſles de moutons*, & introrſus *Roſperden*, *Scadre*, *Gorm. le faovet*, *Ploë*, *Ponteſcoit* & aliæ. *Bretagne*

Succedit *Venetenſis Diœceſis* nobiliſſima, cujus civitas *Venetia* maxima & Potentiſſima olim Britanniæ fuit hodieque commerciis ſatis frequens, ſita ad intimum maris ſinus receſſum; è regione *Inſulæ Caloneſi*, bene habitatæ & frumenti fertilis: & prope *Portum ac Promontorium Quiberonis*, inde verſus occidentem offert ſe *Blavet* cujus Portus commodiſſimus *Port Louis* vocatur: ſita in inſula Sinus Oceani, & ad oſtium Blavitæ fl. urbs inter Galliæ munitiſſimas recenſita: altius ad Blaviram ſunt *Henbout*, *Bauſt*, *Pontivi* & ad Riveriam; *Nojah*, *Rohan*, Caſtrum munitiſſimum juxta ſilvam, *Lodeac*, *La Cheze*, *Geſſelin*, *Ploermel*, *Maleſtroi*, *Pont Corbin*, *Redon*, *l'Iſle*, & alia. 8. *Vannes* *Bell' Iſle.* *Quiberon.* *Blavet* *Rohan.* *La Chyze.*

Extremæ *Diœceſis Nannetenſis*, quam Ligeris perluit, civitas eſt *Nanneta*, Epiſcopi & Cameræ Rationum ſedes, opulentumque ob Portus commoditatem emporium, Ligeris enim refluxu maris impletus ad urbis uſque mœnia: naves grandiores huc admittit. Urbs ipſa non ampla eſt, ſed ſuburbium habet 9. *Nantes.*

Bretag ſecundum Ligerim longe productum,
ne. & Mercatoribus opulentis frequenter habitatum: Pons quoque Ligeri inſtructus lapideus omnium longiſſimus, &
Pilmy. ad Pilmium pagum uſque perductus. Ducum Britanniæ Primogeniti Comitatus titulo hanc urbem tenuerunt, qui amœnitate loci allecti, Arcem ei juxta Ligerim adſtruxerunt amplam & munitam, Gubernatoris hodie ſedem.

Cætera hujus Diœceſis opida ſunt
T. de inferius ad Ligeris ripam dextram, *Port*
Lau- *de Launay*, *Dougues*, *Guerande*, *Croiſil*,
nay. inter Ligeris oſtium & maris ſinum ſitum: ad Riveriam fl. *La Roche Bernard*, *Cræn*: & interius *Belayn*, *Nozay*; & infra Nannetas ad Ligeris ripam dextram
Encenis *Manne*, *Ondon*, *Encenis* Portorium ubi tributa & vectigalia ſolvuntur mercium quæ extra regnum devehuntur: & ultra Ligerim *Tiffanges*, *Cliſſon*, *le Pont S. Martin*, & *le Pont S. Pierre*, per quem in *In-*
Raiz. *ſulam*, *Raſii Ducatus* tranſitur ſuper ſtag-
Duche num; Ducatus hic & Patriciatus dignitate nobilis eſt, ejuſque opidum præci-
Mache puum hodie eſt *Machecou*, amœne jux-
cou. ta ſilvam & flumen ſitum, cum Arce firmâ.

Hæc de Britannia, juxta quam & Normanniam ad urapiſiorum & Gaſtinenſium

sium usque ditiones *Belsia* jacet, perlui- *Belsia.*
turque fere tota Ligeri flumine usque ad Pictones & Britones: *Regio* omnium Galliæ fertilissima & amœnissima, multisque civitatibus amplis & opidis nobilissimis culta: *Dividitur in Superiorem, inferiorem & Mediam. Superior* comprehendit Andes, Cœnomanos, & Carnutes: *inferior*, Aurelianenses & Soliacenses: media, Blæsenses & Turonenses.

Superioris prima & dignior Provin- 1.
cia est *Andegavia* Episcopatus, sub Præ- *Anjou.*
sule Turonensi, & Ducatus nobilissimus Regum filiis minoribus appennagii jure dari solitus: Regio passim arcibus & Villis delitiosis culta: Ligeri, Meduana, Ledo, Sartha, aliisque fluminibus 40. item stagnis, Lacubus & rivis plurimis irrigua: fertilis item & Montosa; Colles passim vitibus consiti, vina producunt alba nobilissimæ notæ; Valles silvis saltibusque viridantes læta prata, ericeta gratissimum pecori pabulum præstantia: Ardosi fodinæ Templis, ædibusque tecta submittentes.

Metropolis ejus *Iulio magnum*, sive *Andegavum*, Episcopi & Præsidiali *An-*
sede, Ballivatu & Seneschallia nobilis- *gers.*
sima, *Academia* item & tribus Collegiis

Belsia. Illustrissima ; Arce rupi juxta flumen
Anjou impositâ munitissima ; Templis, Monasteriis ac Turribus excelsis magnifica, capacitate ampla: situ ad utramque Meduanæ fl. ripam (quæ Ponte longo lapideo & utrinque ædibus vestito junctæ, amœna : Suburbiis denique elegantibus delitiosa & commoda ; fontibusque insignis ; & omnium rerum copia abundans.

Cætera opida ejus cis & juxta Ligerim inferius sunt *Bonchemaine, Chantoce,*
Ingrande. *Ingerande Portorium* ubi tributa solvuntur mercium quæ extra regnum devehuntur: hinc ad Eideram fl. *Ardre, Candé, Beçon:* ad Udonem, *Pont Davy, Lyon*
Cosse. *d'Angers, Segre, Craon, Cosse,* ad Meduanam : *Chau, Gontier, Daon, Monstreul, Grez:* ad Sartham, purissimæ aquæ flumen : *Cheffes, Chateauneuf, Varennes, Pince, S. Nicolas de Salle, Parce* : ad Ledum, *la Bruere, Vas, Lelude, Cartes,*
La Flesche. *Creant, la Flesche, Fixa* Latinè, opidulum cum Arce amœne situm in qua Arce conceptus fuit Henricus IV. qui & ibi Patribus Soc. Jesu Collegium struxit omnium magnificentissimum & amplissimum, cum Templo, in quo Cor ejus servatur. Item inferius *Duretail & Ville Evesque,* ad Covasnum, *Corne, Gree, Fontaine*

taine Guerin, Bauge, ſede olim Præſidiali nobile, ante quam *Fixas* tranſlata fuit. *Broc, Magne*, ad Altionem: *Hommes* juxta ſtagnum. *Aurille, Brain, Vivy, Longue, Beaufort*, Arx pulcherrima & ornatiſſima, muris ex vivo lapide & foſſis cincta, inde ad oſtium rivuli juxta Ligerim *Sorges* pagus, in quo Reformati Andegavenſes Templum habent, & Mox *Cæſaris Pons* longiſſimus partim lapideus partim ſublicius, Ligeri hic ſtagnanti inſtructus: & hinc inferius ultra Ligerim in ripa ejus, *Dance, Rochefort, Ruine, Chalonne, Monte Iean, la Pommerage, S. Fleurant, Chantoceau*, ad Luriam fl. *Beaupreau, Montreneau, le Petit.* ad Lajonem: *Chaudefons Lalay, Rublay, Tovarce, Vibers, Chemille, la Tour, Landry, Malevrier, Clere, Paſſavant, Varennes, Doveum* opidum celeberrimum ab Amphitheatro rupi inciſo, millium aliquot ſpectatorum capace, circum circa ſpectantur 50. & plures molæ collibus inſtructæ: ad Albanciam amnem *Laigne* & *Briſſac* Ducatus & Patriciatus titulis nobile opidum *Coſſæa gentis* nobiliſſimæ, qui Novam ibi Arcem ſtruxere è quadrato lapide intus extuſque magnificam & pretioſe ornatam. Adjacet *Vivarium* amœnum, ſtagnumq; ſpatioſum & piſcibus fæcundum.

Beauce
Anjou
Bauge.
Beaufort.
Beaumont.
Sorges.
Pont de Cee,
Dove.
Briſſac

Hinc

Belsia. Hinc ſupra Cæſaris Pontem in læva Ligeris ripa occurrunt *Genes* & *Threnes*, *S. Fleurent.* *Abbatiaque, S. Floriani*, ad oſtium Thedæ fl. pulcherrima & Foſſis cincta; unde juxta Ligerim per *Pratum Chardonnet* amœnum via ducit diverſoriis crebris grata, *Saumur.* *Salmurium* opidum non magnum ſed inter Lautiora & amœniora Galliæ numeratum, mœnia oſtentans pulcherrima, ſuburbia cis ac ultra Ligerim ampla, Pontemque Ligeri inſtructum pulcherrimum ac Turri adſtructa munitum in medio fluvii *Inſula* deambulationibus gratiſſima ſubjacet: opidum ipſum ſitum eſt ad radicem montis ſaxoſi & præcipitis: cui alte inſidet Arx, è naturali ſaxo formata & firma; in opido Reformati Templum habent & Gymnaſium: habent & è contra *PP. Ord. Oratorii*: qui Præfecti *Sacello D. Virginis des Ardelliers*, juxta fl. in Suburbio quod ſpectatur miraculis & religione celeberrimum: Prope *Specus* *Les Carrieres.* ſunt *Subterraneæ* ſpatioſiſſimæ ac deambulationibus commodæ. Item verſus Divam fluvii *Brezæ* Caſtrum muni- *Brezæ* rum & titulo Marchionatus illuſtre, amœnum quoque Hortis pulchris & ſilvâ cupreſſeâ, quæ in Galliis raræ; hinc altius ad Divam & Thædan fluvii

S. Inſt,

Iuſſé, Antogne, Montreulbelay, Pont de Belſia.
orines, Argenton, l'Egliſe, & alia: & juxta
pam Ligeris ad fines Turonenſes *Mon-* *Mon-*
reau opidulum una platea diſcrimi- *ſoreau.*
atum ab *Candato* S. Martini pago vi- *Candé.*
ino.

Porro Andegavenſi Ducatui ſucce- 2. *Le*
dit *Comitatus Cænomanenſis*, qui una *Mans.*
cum *Vallenſi Comitatu, Ducatuque Vindo-*
cinenſi, ei fidem jure feudi præſtant &
promittunt. Cæteris partibus, *Brito-*
nes, Normannos, Perchenſes, & *Turones*
attingit: *Meduano, Ledo* & *Sartha* præ-
cipue irrigatur; paſcuiſque quam arvis
melior eſt, licet nonnullis partibus, ne
vini quidem optimi aut frumenti ſit
inops: *Metropolis ejus Cænomanum*, ſede *Le*
præſidiali laraque juriſdictione nobilis, *Mans.*
& Epiſcopatu (ſub Præſule Turonenſi)
inſignis, cui ſubſunt hic Abbatiæ 36.
& Prioratus Conventuſque plurimis
Canonici Eccleſiæ Cathedralis, ſunt e-
gregie dotati: eſtque hic omnium rerum
copia; muri civitatis ſunt ex rubro la-
pide, quos alluit Sarthra fl. puriſſimas
volvens aquas: Secunda ejus urbs eſt
Mænia ſive *Majenna*: Ducatus hodie & *Majen*
Patritiatus titulis clara, olim *Iubeh* à *ne.**
poſſeſſore ſuo dicta, nunc nomen ha-
bet ab amne Majenna eam perluente, *Majen*
& *ne-*

Beauce le Mans. & biti Ducis *Mainii* poſtremi pervenit ad *Nivernia & Mantua Ducem*, urbs eſt ſatis lauta, paſcuiſque & ſilvis propinquis læta. Altius ad Fontes Majennæ fl. occurrit *Domfront* nobiliſſimi Comitatus opidum, prope ſilvam *Dandam* poſitum.

Dom-front.

La Val Inferius vero ad Majennam ſitum eſt *Guidonis Vallum* Lautum & dives opidum, Comitatu quoque nobile. Tremoliæ gentis dominium: cui prope adjacet *Argentre* burgus egregius: interius inde ad fontem Vegræ fl. *Fanum S. Suſannæ* ſe offert, *Baronatus Charnienſis* locus præcipuus, Inferius vero inde juxta ripam Vegræ Lævam *Baronatus Sabolienſis* ſuccedit, cujus caput *Sabolium* opidum ad Sartham fl. ſitum: Supraque illud altius paulò *Peſcholium*, pulcherrimum Ducis Mainii Caſtrum occurrit. Tum *Suza Comitatus* caput; *& Alonne* prope Cænomanum urbem; ſupra quam juxta Sartham conſpicitur occidentem verſus *Ducatus Bellomontii*, & *Bellomontium* caput ejus: verſus orientem vero *le pais de Sonnois*. Atque inferius inde juxta Huinim fl. *la Vicomte de Breſteau*, cum Caſtello ſuo: *Territoriumque Fertenſe* cujus caput, *la Ferte Bernard* opidum in loco, fluvii Huinis, inſulari ſtructum, ubi prope

Argentre. S. Suſanne. Sable. Teſcheul. La Suze. Blanmont. Sonnois. Breſteau La Ferte Bernard.

rope ſunt aquæ medicæ & Saluberri *Belſia.*
næ *Fontis Herſiæ*, de quo dicitur, quod *incolæ ibi bibant vinum bonum una cum famulis ſuis.*

Sequuntur ad Ledum fl. *Vindocinenſis* & *Dunenſis Ducatus* nobiliſſimi: *Vindocinenſis* caput eſt *Vindocinum* urbs Ducatus & Patriciatus dignitate illuſtris, ad Ledum fl. ſita: foſſaque & firmo muro cincta; Arcem habet antiquam ſaxo verſus urbem prærupto impoſitam, verſus campos, foſſa profunda, muro & turribus munitam: item Abbatiam cujus Abbas titulum fert *Cardinalis S. Pixi*, & Papæ immediate ſubeſt: Dux ejus eſt ex regia gente Borbonia, cætera loca præcipua huc ſpectantiâ ad *Ledum* ſita ſunt *Montoire* Ronſardi patria: *Laverdin*, *Tormes* Abbatia ad *Brigiam*, *Vibray*, *Vallemes*, *Marolles*, *Savigny*, & alia. *Vendoſmois.* *Vendoſme.* *Monnetoire.*

Succedit altius ad Ledum *Ducatus Dunenſis* Blæſenſi quoque & Perchenſi ditionibus conriguus, patrimonum *Ducis Longevillæ*: perluitur Ledo & Arula: Hierâ, Coniaque in eum influentibus. Hyera amnis ſiccus audit, & aliquot locis ſe abdit, neque profluit niſi auctus pluviis. Conia nunquam diffluit extra ripas, etſi multum pluat: ubi vero diffluit, peſtem & annonæ caritatem portendit: *Dunois* *L'yerre* *Conie.*

Beauce tendit: Caput hujus Ducatus eſt *Caſtro*
Chau *Dunum* Ducatus & Patriciatus titulis
Dun celebre: Ledo fl. cum Ponte adſtructum: Arcem habet, editæ rupi inſitam, cum Turri craſſa, & Sacello, Ducum ſepulchra oſtentante. Item Suburbia 4. ipſo opido majora, Templiſque 12. & ædibus magis conſpicua: Ager ejus fertilis & amœnus; verſus Perticenſes ſilvis, lacubus & pratis: verſus Blæſenſes vitibus, ac verſus Aurelianenſes frumento: cætera loca potiora hujus Ducatus ſunt ad Ledum *Ferteval*, *Rongemont*, *Olodia*, *Narbone*: ad Coniam *Patay*, *La Bordinniere*, *S. Mamert*, *La Ferte*, & alia ad Anulam fl.

Perche. Comté. Hinc Ledus *Perchenſem Comitatum* fontibus ſuis perluit & diſtinguit, ab *Belſia Carnutum*; quem & humectat Huinis fl. principium: dividitur in *Perche Gouet*, & *Haulte Perche*, *hujus caput*
Morta- eſt *Mortanium* opidum prope fontem
gne. Huinis poſitum, reliqua potiora ſunt. *Mamers* ad ornæ fontem, *Belleſme*, *Logny*, *Senonches*, *Belhommer*, abb: Virg: *la Ferteau* Vidames & alia: Superioris ve-
No- ro caput eſt *Novigentum Rotioci*, burgus
gent le amplus & dives commerciis panni, lin-
Rotiou tei, & corei in primis: cætera opida ſunt *Chaupront*, *Villebon*, *Illiers*, *Brou*, *Bonneval*,

val, ad Ledum sita : *la Bazoche* ad A- *Belsin.*
rulæ fontem, *Momiral* ad Brayam.

Sequitur *Carnutensis Diœcesis nobilis,* 3. *Char-*
sub Præsule Parisiensi; quam perluit *train.*
Andura, fl. illustris, fontibus suis: *Solum* ejus, nulli reliquæ Galliæ parti fertilitate vel amœnitate cedit, omni genere frumenti, pecoris, fructuum abundans, neque vino destitutum. *Metropolis* ejus *Carnutum* urbs antiqua & Druidum *Char-*
Parlamenti olim; nunc Episcopalis se- *tres.*
des & Præsidialis; sita ad Anduram fl. duodus Pontibus stratum, & pistrinis versandis commodum, partim in planitie partim in colles; ampla est, & frequentibus ædificiis referta, mœnibus firmis cincta; aggeribus fossisque circumvallata; divitiis incolarum pollens: & Portis & patens: Parochialia templa intus continet 7. in Suburbiis 3. Abbatias & Cœnobia 7. Cathedrale antiquum est, & superbum quatuor turribus incluſum : cui inserviunt Canonici 72. Præpositi 4. Archidiaconi 6. Cantores 24. &c. Episcopo parent Paræciæ 1700. & Abbatiæ 30. præcipua ejus opida sunt ad Anduram, *Courville, Font Trenchefestu, Tachinville, Iovy, Maintenon, Nogent le Roy,* quia ibi Rex Philippus Valesius exspiravit: ad Drouettam amnem

Beauce amnem *Eſpernon* Ducatus & Patriciatus
Chertrain. titulis clarum opidum *Gallardon* & *Au-*
Eſpernois. *neau*: item interius *Voues*, *Mellay le Vida-*
me, *Blandinville*, *Pont Gouin* ad Anduram, & interius *le Tramblay*, & alia.

4. Orleannois. Hæc de *Superiore Belſia*: ſequitur hic proximè *Diœceſis Aurelianenſis inferioris Belſiæ Regio*, à Carnutenſi Ligerim uſque inter Vaſtinenſem & Blæſenſem ditiones ſita, proprieque Belſiæ nomine nota: circa Ligerim vini nobiliſſimi ferax: intus vero Stempos uſque, neque montes, neque ſilvas, neque vites habet, nec prata, niſi pauciſſima, raraſque arbores: Frumenti vero tanta eſt copia ut Pariſiorum horreum audiat: Putei hic altiſſimi: habentque in ciſternis aquas pluvias ad aquandum animalia. Opida & loca potiora ejus, ad viam Regiam, quæ Pariſiis Aureliam ducit ſita ſunt: uti *Eſtampes* cujus loci arena cretæ albedinem refert: *Monnerville*, *Angerville*, *Toury* & propè *Ianville*, ubi alaudarum copia; *Ch. Gaillard*, *Artenay* cujus incolæ ſcabioſi audiunt; *Langenerie*, *Sercotes*, & *N. D. des Aides*. Tum in Ligeris ripâ dextra.

Eſtampes. *Ianville.*

Orleans. *Aurelia* Metropolis Epiſcopi, ſub Archiepiſcopo Pariſienſi, Ducatus quoque titulo inſignis, qui Regis ſecundo genito

genito filio, jure appennagii attribui so- *Belsia.*
let: Urbs est pulcherrima, ac populo *Orle-*
frequens, aëre gaudens puro ac salubri; *ans-*
ordine vicorum, platearum munditie, ædiumque eleganti fabrica amæna: circumferentia ejus continet duo milliaria, vallo, foſſis & muris munita: Suburbia angusta sunt sed longe porepetentia, è quibus prodeunt viæ publicæ lapidibus stratæ ad quartum & quintum lapidem usque inter *Templa Cathedrale* S. Crucis eminet cui simile vix Gallia habet: Canonicis 59. & Dignitatibus 12. illustre. Deinde *S. Aniani* urbis Patroni: cui inserviunt Canonici 31. dignitates 8. *Academia* vero egregie urbis auget magnificentiam, in qua Jurisprudentiam docent 4. Professores, Medicinam nulli: Studiosi ejus, inprimis Germanicæ nationis, insignibus gaudent privilegiis: Curia Senatus superbe structa, gradibus ascenditur 187. Castellum Justitiæ sedes, ad fluvium spectatur: & alibi Arcæ spatiosæ plures, quarum aliquæ, arboribus proceris tectæ, ambulacra præstant amœna. Juxta urbem Pons Ligeri instructus, ex lapide quadrato 16. arcuum: ornatus statuis D. Virginis: Caroli 7. & Joannæ Darciæ Virg. Aurelianensis, ad caput Pontis insula est, & Suburbium ele-

Belsia. elegans, quod *Pontereau* dicunt.

orleans Inferius ab urbe cis Ligerim in ripa

Meun. ejus *Magdunum*, opidum piscatu passerum celebre, occurrit, quondam Caroli V. secessus amœnus: inde *Belgenciacum*,

Bangency. Pontem habens Ligeri instructum, agrumque vini & frumenti feracem, ac venationibus amœnum, studiosorum secessum.

Supra Aureliam juxta & cis Ligerim

Bionne se offert *S. Dionysii pagus* & *Bionne* ad rivum cognominem ubi Reformati Aurelianenses Templum habent: prope sunt *Le Court Dieu* Abbatia, *Bufay*, *S. Jean le Brun*, & alia.

La Sologne. Hinc ultra Ligerim *Secalaunia* sive

Sully. *Solonia* est, arenoso solo, sed secalis uberrimo proventu dives; ejus opidum Princeps est *Soliacum* Ducatus & Patriciatus dignitate præclarum, ad Lævam Ligeris ripam positum; ubi & antiqui Pontis vestigia in flumine visuntur: Arcem habet antiquam, Hortisque adstructis

Gorgeau. amœnam: Sequitur inferius *Iargolium* opidum parvum sed firmum, & Ponte

Loiret. super Ligerim lapideo commodum. Ad Ligerulum amniculum vicinum, altum & pellucidum, ac gelu sive glacie nunquam constrictum, sequitur.

Olivet *Olivet* pagus cum Ponte Lapideo: ubi *Palatium* specta-

spectatur *Dom. d'Escuyr*, cum Hortis, *Beauce*
Pomariis & ambulacris amœnis: item *blaisois*
Mesmin Abbatia Bened. opulenta, ubi *Mes-*
Ligerulus altero Ponte Lapideo transi- *min.*
tur. Hinc inferius prope Ligerim: *S. An-*
dre & *N. D. de Clairy* succedunt: hoc æde *Clairy.*
D. Virginis celebre: & Ludivici XI. se-
pulchro, peregrinantiumque, religionis
causâ, votis frequens est: inferius sunt
Les 3. Cheminees, *Lailly*, *S. Laurent des*
eaux: & interius ad Cussonem Soloniæ
amnem *Toury*, *Cicny*, *Ligny*, *la perte*, *S.*
Aubin, & alia.

Huc usque inferior Belsia: sequi- *5 Blai*
tur *Media*, & quidem hic proxime *sois.*
Comitatus Blæsensis, cujus ager præter
vini & frumenti, aliarumque rerum ab-
undantiam, proceris arboribus luxu-
riat, multisque amnibus rivulis & stag-
nis irriguus est: urbs ejus *Blesa Regalis* *Blois.*
civitas vocari solita quod & amœnissi-
mus sæpe Regum secessus, & educan-
dis ipsorum Principumque aliorum li-
beris consecrata fuerit. Saluberrimi e-
nim aëris est, gratissimi soli, agri a-
mœnissimi, vitibusque pulcherrimis
consiti, omnique frumentorum gene-
re, fructiferisque arboribus luxurian-
tis: Fontes habet dulcissimos, rivulos-
que placidissimi, ob sinuosos anfractus,

Beauce murmuris. *Templa* habet duo Unum in Arce ampliſſimis dotatum reditibus.

Blaiſois. *Arx* ipſa in rupe eleganti magnifice ſtructa. Sedem Palatiumque Regibus præbens amplam, & pulcherrimam, *Hortiſque* adſtructis omnium amœniſſimam: ſita eſt in dextra Ligeris ripa, cui Pons lapideus longus inſtructus, pyramidem ferens eminentem, cum inſcriptione; hic *Suburbium Viennæ* urbi conjungit; habetque prope fontem limpidiſſimæ & frigidiſſimæ aquæ ex 8. fiſtulis ebullientis: Antiquitatem urbis teſtantur hic alti & immenſæ Latitudinis Aquæ ductus ab Romanorum ævo ſuperſtites. Spectanturque 2. ab urbe lapide, conlapſæ

Orche- ædificiorum ruinæ, ubi *Cæſaris horreum*

ze fuiſſe volunt; nunc locus celebris à terrâ ſigillatâ Lemniæ comparanda, quæ ibi effoditur: inferius prope *Giſam* amni-

Bazy. culum *Buſium* Caſtellum amplum, & ſtatuis artificioſis in Area ejus locatis, magnificum ſe offert, & alia.

Ultra Ligerim mox ad Cuſſonem fl.

S. Ger- conſpicitur *S. Gervaſii* pagus, clarus la-

vais. cticiniis, quæ hic optima & copioſa: & altius inde prope fines Aurelianenſis

Cham- territorii. *Chambor, Arx Regia*, in inſula

bor. Cuſſonis ex aquis & paludibus ab Rege Franciſco I. magnis impenſis erecta: ſed

non

non absoluta, quamvis 12. annis continuis 1800. operarios in opere habuerit: Conclavia atria & Xystos continet magno numero, omnia ex quadrato immensoque lapide: *Capax* adeò ut omnes Europæ Principes simul in ea hospitari possint; estque pluribus intus cochleis artificiosis distincta: adstructi Horti amœni, ampli & ornati; & ambulacra longissime producta, arboribusque opaca: quamvis per se hic tractus undique sit amœnissimus & fertilissimus. *Telsit* *Blaisois.*

Cætera opida præcipua ad Beveronem sunt: *Chaon vieux, Cour, la Motte: Chaumont* opidulum cum Arce insigni & munita. Ad Saldriam *Clemon, Brinon Pierre fritte, S. Genoux, la Ferte* Imbault; *Remorantin* opidum antiquum ut rudera docent, hodie pannificio notissimum, ac Comitatus titulo nobilissimum. Hinc inferius ad Carum fl. *Selles* & *S. Aignan*, Comitatus quoque titulo nobile: *Tezeé Vineul:* ad Posonem fl. *Vatan, Braçay, Mont S. Orille, Paumery* & alia: *Chaumont.* *S. Aignan.* *nan.*

RElíat *Turonia*, Belsiæ mediæ, nobis ultima; ac dignitate totius Belsiæ prima Provincia, *Ducatus* quoque titulo nobilis: irrigant eam *Liger, Carus, Anger* & *Vigenna*, majores fluvii, præter alios minorum gentium plures: vicinas habet *Tourai* *ne.*

Tourai ne. Biturigum, & Pictonum Provincias; eſtque in Gallia, Regio nulla ubi ver, ubi æſtas atque auctumnus ſuaviores ſunt; vel pyra ceterique fructus præſtantiores quam in Turonum agro, ita ut non immerito *Hortus Galliæ* audiat.

Tours. *Metropolis* ejus eſt *Cæſarodunum*, *Archiepiſcopatus* nobiliſſimi *ſedes*, cui ſuffragantur *Andagavenſis*, *Cænomanenſis* & 9. *Britannicæ Epiſcopatus* modo deſcripti; ceterum urbs eſt antiquitate nobilis, commerciis & opificiis (ſerici inprimis texturâ) dives: plateis mundis & longis grata, ædificiis ſat elegantibus conſpicua: Templis ac monaſteriis magnifica, Turribus ſuperba, Organo D. Martini & altari admiranda, fontibus in urbem ductis illuſtris, muris, foſſis & arce firma; ſitu juxta Ligerim amœna; Ponte lapideo 18. arcuum ei inſtructo commoda Navium, juxta Pontem, ſtatione oportuna: ſuburbio denique ultra flumen, urbis inſtar habitato & ornato, auguſta; atque Areâ pulcherrimâ arboribus conſita, & *au jeu de maille* conſecrata, excellens. Porro ultra Ligerim proxime ſe offert, *Monaſterium* majus, ut vocant, Ord: Bened: totius Galliæ opulentiſſimum, cui Abbas præficitur Regii, vel primæ nobilitatis, ſanguinis: eique

Mar-mou-ſtier.

eique ſubſunt Patres 67. Laurè viven- *Tourai*
es: à S. Martino fundatum, ſed mul- *ne.*
is reditibus indies auctum fuit: ipſum
edificium amplum eſt; Periſtiliis, Re-
fectoriis Dormitoriis, Equili, Coquina
26. caminorum & aliis conſpicuum:
erſibus, qui parietibus hinc inde ad-
ſcripti, luſtrandum: *Templo & Ampulla*,
inibi *Sancta*: oleum è Cœlo ab angelis
deportatum continente (quo uti Rhe-
mis, Reges, inunguntur) venerandum:
ſitu denique circum circa amœnum;
colles à tergo habens vina ferentes lau-
data, quæ inde per plumbeos canales
in cellæ demittuntur dolia: alta 64. per-
ticas: pertica 6. pollices.

Cætera ultra Ligerim loca potiora *Vour-*
ſunt; ad Ciſam amnem *Vouvray* vino ce- *vray.*
lebre, *Vernon*, *Nazelles*, *Fontaine Abbe*,
Limeray Monteaux: ad Branliam fl. *Chan-*
zay Rugny, *Nuilly le Lierré*, *Chau Renault*,
Ville Chauve: ad Choſiliam *Chenuſſon*:
Gue de pre, *Membrole*, *S. Cyr*, *Pont de la*
Motte, & inde juxta Ligerim & viam Sal- *Langes*
murium uſque *Maille*, *la Pille*, *S. Mars*,
Lingez, *la Chapelle Blanche*, *Chouzaye*:
Via hæc adeo amœna eſt inter arbores;
vites, prata, campos, fontes, rivos, pagos,
Arces, & Villas delitiis exſtructas, ut ter-
reſtrem paradyſum hunc tractum dicere:

Touraine. ultra Ligerim hinc rursus ascendenti Cæsarodunum usque, occurrunt juxta *Bussy.* ripas *Candé*, *Savigny*, *Beaumont*, *Bussy*. Arx Ducis Nemorosii: *Brehemon* insula ex Caro & Ligeri confluentibus facta; *Columbiers.* *Linyeirs*, *Columbiers*, ubi cryptæ, in quibus media æstate aqua congelascit; *Caves gouttieres.* *Savonniers*, *Caves gouttiers* specus subterranea in qua guttæ aquæ superne decidentes Lapilli fiunt minuti, bellaria sacchari mentientes; *S. Cosme le Plessis.* *S. Cosme le Plessis* Prioratus cujus Ronsardus prior fuit: ei vicinum est *Palatium* amplum & Porticibus pulcherrimis superbum: hortisque ac Pomariis amœnum, Regis, ubi hic moratur, hospitium: Hinc supra Cæsarodunum ad Ligerim occurrunt, *Ville Moysaux Dames*, *Mon-Loys*, *Bondesir* ubi inferius ad ipsum Ligerim centuriæ aliquot spectantur casarum rupibus incisarum, quæ superius caminos tantum in viridi cespite exporrigunt, sursum tecta sunt vineta cultissima, ipsæ casæ intus sordidæ, & Solis radiis destitutæ.

Amboise. Sequitur mox *Ambasia* opidum amœne ad Ligerim situm, commodisque ædibus cultum sub cœlo temperato ac salubri: *Pontem* habet ligeri instructum 14 arcuum cui *Molendina* artificiose annexa tanto numero ut insulæ speciem exhi-

exhibeant: *Arx* ejus rupi insita Atriisque ac Conclavibus magnifica, hodie (uti & olim fuit) custodia est magnatum delicti suspectorum vel reorum: Hinc proxime ad Carum fl. occurrunt descendenti *Montrichard* opidum modernum, turri quadrata munitum; silvisque ac pratis vicinis amœnum: casisque subterraneis ad fl. uti ad Ligerim, spectandum: *Chenonceaux* Castrum sive Palatium Regium admirandi operis à Catharina Medicæa Ponti instructum, vestitumque marmore antiquo: ac ornatum sumtuose statuis marmoreis ex Italia advectis, antiqua operis & artificii: item *Blere*, *Athée*; *Azay* sur Cher. *S. Avertin*, *Pont. Cher*: *Pontneuf*, tres Pontes vicini invicem Caro instructi, è regione Cæsaroduni.

Touraine.

Montrichard.

Chenonceaux.

Blere.

Hinc ad Indrum fl. ascendenti offerunt se *Turpenay* Abbatia: *Azay le rideau*, *Relay* Prioratus: *P. de Ruan*: *Mons*, *Monbazon* opidum cum Arce Ducatus & Patriciatus titulis nobile; *Cormery* Abbatia celebris, *Azay le Chetif*, *Loches* opidum *Templo*, *Turri* & *Castro* superbum: *Templum* ex lapide vivo; structurâ altitudine, fornicibus, 2. Turribus, 3. Pyramidibus altissimis admirandum est: magnificumq; intus sepulchro & statuâ mar-

Monbazon.

Loches

Tourai ne. marmorea Agnetis Burellæ, fœminæ pulcherrimæ, mirè ab Rege Carolo VII. adamatæ: *Castrum* situ adeo amœnum ac firmum, structuraque admirandum, ut aliud par non habeat Gallia. *Turris* crassissima est & magnatum inservit custodiæ: Hinc in adversa ripa indri, qui hic Pontem habet lapideum, *Beaulieu* opidulum conspicitur cum Cœnobio Pyramide spectando: quod opidum unum idemque cum Loches prætereunti videtur. Sequuntur *le Bridoré*, *Chastillon* Sur indre: *Herveaux*, *Pailuan*, *Buzançais*: hinc descendenti rursus ad Cie-

Beaulieu.

Mezieres. siam fl. occurrunt *Mezieres* Marchionatus Brennœ Caput, cujus jam possessor filia Gastonis Ducis Aurelianensis: Arcem habet antiquam & elegantem: ac magnificum Ædis D. Magdalenæ Capitulum in suburbio, ab Alida Brabantina Marchionissa fundatum. *Bossay*, *Pruilly S. Martin de Stableau*, & prope ad Brinonem fl. cristallinis aquis amœ-

Tauln y. num, *Pilmium*, Castrum edito loco situm, superbæ structuræ, Vicecomitatus titulo clarum Vivario 2. fere mill. iongo aliisque rebus amœnum, si quod aliud in Gallia. Hinc ad Crausiam fl.

Le port de piles *La Haye: le Port de Piles* & ad Vigenam *Noyers*, *Mongeon le Port*, *Insula Burchardi*,

chardi, opidum, cum Arce in insula Vigennæ fl. situm, Aream habens amplissimam, (quam *Halle* dicunt) quod Richelius Cardinalis emtionis titulo nuper possedit, hinc *le Crouſtay* Abbatia juxta silvam posita: *Chinon* opidum Rabelæsii ortu notum, ob situs amœnitatem, Carolo VII. gratum domicilium, *Pontibus* longis, Vigennæ, miro ordine, instructis spectandum. Hinc ad Vedam fl. *Champigny* occurrit opidum cum Castro nobilissimum: magnificumque sepulchris Ducum Montis penserii; amœnum vero Parco sive Vivario spatiosa. Paulo altius sequitur *Richelium* magnificis pridem ædificiis ornatum, ac Ducatus Patriciatusque dignitate decoratum: *Arx* adjacet pulcherrima ac ornatissima: nomini suo, divite ornatu, respondens: in temporalibus ad Andes, & in spiritualibus ad Pictones spectare dicitur: non procul hinc est *Iuliodunum*, opidum antiquissimum, cum Arce: olim Julii Cæsaris sedes, ut testantur numismata ejus effigiem portantia, ibique reperta: certe locus est Cæsare dignus, Cœlum benignum, solum fœcundum, & optimi vini ferax: animalium & volucrum, inprimis, caponum pinguium, aliarumque rerum abundans

Tourai ne.
l'Isle Beauchard.
Chinon
Champigny.
Richelieu.
Lodun.

poictou copia: *Reformati* hic in opido Templum habent juxta Arcem, in ſuburbiis fontes *Matreville* fl. in *Divam* exeuntis conſpiciuntur: ſedes eſt tribunalis Regii, cui ſubſunt pagi & loca plurima.

poictou TUronum Ducatui hac parte ſuccedit *Pictavia*, inter Galliæ majores Provincias numerata; Regnique titulo ab Gothis poſſeſſa, fines ſuos extendit ad *Andes*, *Britannos*, *Oceanum*, *Santones*, *Inculiſmenſes & Bituricenſes*: Regio frugum, pecoris, Lanæ, linique, feraciſſima, vino frumentoque dives, piſcium abundans, avium ferarumque magnam habens copiam: continet 1200. Parochias, ſub tribus Epiſcopatibus Archiepiſcopatui Burdigalenſi ſubjectis: ſcil. Pictavienſi Maleacenſi & Luxonenſi: in Prima Diœceſi numerantur Abbatiæ 27. in ſecunda 4. in tertia 10. continet & Principatus plurimos.

Poitiers. Princeps civitas *eſt Pictavia*, ambitu, poſt Lutetiam omnium Galliæ maxima, ſed cujus ingens portio hortis, vineis, oleribus culta; imo & ares nuda eſt: plateas habet anguſtas, ædes antiquas & plures ligneas; Templa Collegiata 5. Parochialia 24. Abbatias opulentas 5. Collegium PP. Soc. Jeſu, & plura PP. & Virg. *Monaſteria*, item *Academiam* cele-

celebrem: inter Politica ædificia *Pala-* *Pictou*
tium urbis eminet omnium Galliæ am-
pliſſimum, Galieni Imp. opus, Comi-
tumque olim domicilium: nunc taber-
nis mercatorum inſtructum: prope vi-
ſuntur Amphitheatri rudera & extra ur-
bem aquæductuum fornices, quibus a-
qua ad Palatium ducebatur: ſitus urbis
amœnus ad Clanium fl. qui eam ferè
ambit.

Opida huic Epiſcopo ſubjecta *ad Cla-*
nium inferius ſita ſunt *Migne*: *La Pierre*
Leve, paſſe Lourdin; *Bonnivet*, ad rivum *Bonni-*
Palum, Caſtrum magnificentiſſimum, *vet.*
ſed non perfectum; juxta eſt *Mirebellen-*
ſis regio, cujus opida ſunt *Mirebean Mon-* *Mire-*
contour, *Vouzaille* ad Divam fl. & *Douſ-* *beau.*
ſay, *Aurigny*, *Faye La Vineuſe*, *Ceaux* ad
Vedam amnem: inde ad Thœdam fl. pu-
riſſimum *Touars* opidum Ducatus & *Touars*
Patriciatus dignitate nobiliſsimum: à
quo dependent 1700. Vaſalli: & altius
S. Generaux, cujus ager optimi vini fe-
rax: *Airnault*: *S. Loup*: *Parthenay* Baro-
natus: *Supra Pictavium* ad Clanium ſunt: *Parthe-*
S. Benoiſt Abbatia, *Vivonne* opidum & *naus.*
Caſtelliers Abbatia opulenta Ordinis Ci-
ſtercienſis: item *Luzignan*, vulgo Melu- *Luzig-*
ſine, opidum cum Arce antiqua lato & *nan.*
undique prærupto Saxo ſumtuosè in-

Poictou structa: *Menigoutte* Collegio Canonicorum: *Chastelliers* Abbatiâ nobiles loci ad Vonnam fl. altius vero ad Clanium *La Milliere*, *Bernay*: & propè, ad Carentonum *Charrou*, *Rochemeau*, *Sivray*, *Tai-*
Lussac. *ze*, *Conday*, *Ezes*: ad vigennam fl. *Lussae* Baronatus, *Mortemer*, *Chauvigny* Baro-
Chastel natus: & *Castrum Eraldi* opidum Duca-
herald. catus dignitate nobile, sed male structum; quamvis situs ejus sit amœnus in planitie fertili ad Vigennam, qui Ponte hic transitur 9. arcuum, superbe structo ab Catharina medicæa: Longitudo ejus 230. latitudo 66. passuum: & Portæ adstant Turres prægrandis molis & insignia regia: ad Crausiam *Port de lusignan.* *Roche de Pozay*: ad Gartempam, *Montier Porret*, *S. Savin*, *Montmorillon*, ad Binasiam *S. Pierre de Tremouille* & alia.

2. Altera urbs Episcopalis *Maleacum* est,
Maille burgus amplus sed situ munitus, ob pa-
zay. ludes & fluvium Antisam, quibus cingitur: *Abbatiam* habet opulentam: quam Giulielmus minor, ducis Aquitaniæ filius, fundavit: ejus Diœcesis sunt opi-
Niort. da ad Separin fl. *P. Maille*, *Colon*, *Niort*, munitum opidum & Nundinis celeberrimum, cujus Scabini cum descendenti-
S. Mai- bus suis nobilitantur; *S. Maixent* opidum
xent, commerciis frequens & sede Regia ac

Electo

Electo nobile; ſpectabile Abbatia, ad Bontonnam: *Celle* Abbatia: *Meſle* opidum deſtructum ſed Baronatu nobile: & ad Antiſam fl. Supra Maleacum, *Neoeil, S. Pompain, Colonges, Secondigny*: tandemque ad Vendam amnem, *Vouvant*, *Berneau* Prioratus, *Fontenay Comitis*, Opidum cum Arce, nundinis & commerciis gaudens frequentibus: nobilisque ortu *Tiraquelli* & *Briſſonii*. *poictou* *Meſle.* *Fontenay.*

Tertiæ Diœceſis *Metropolis* eſt *Luxonium*, ex qua non procul foſſa in Oceanum exit inſtar ſinus oblongi; occidentem verſus ulterius ad ſinum maris ſequitur *S. Michel enler* opidum Baronatu nobile, portuque & piſcationibus dives. Inde ad Lajam fl *Marail*, *S. Hermine*, *Bournouan*, *Caillere*, *la Chaſtegneray* Baronatus, *Pouzanges*, *Chateaumur* & prope ad Sevriam *Pomeraye* & *Mortaigne*, *les Eſſars*, &c. & inde verſus mare: ad Ionnam fl. *Rupes yonis* opidum cum Arce rupi inſtructa, Principatus titulo nobiliſſimum gentis Borboniæ Dominium: Inde hinc ſe extendens ad Britones uſque. Inferius ad Oceani Sinulum *S. Benoiſt*: *Iaro*: Abbatia, & mox *Talmon* opidum Principatu quoque illuſtre, ob ſitum ad mare munitiſſimum, ac conventu mercatorum celebre. Abjacet prope: 3. *Luſſon* *Chaſteg neray.* *Roche ſuryon.* *Tal mon.*

Berry. Grand Olone. *Olona* municipium amplum & Portu eximio clarum, pertinens ad *Marchionem de Rohan*: *tum S. Martin* & ad Viam ſt. *Aſpere Port. S. Gilles*: *Poire ſur la Roche* & *Aſpremont* Caſtrum rupi impoſitum Marchionis de Rohan: & inferius Inſulæ *Rie*, *Monperier* aliæque difficilis aditus ob Canales & paludes quibus ſeparantur: Obiacent his in Oceano inſulæ *Noirmonſtier* in qua l'Abbaye Blanche & alia loca: *l'Iſle Dieu*, vulgo *l'Iſle d'œufs*, ob anſerum copiam qui huc nidulandi cauſa advolant: inſulamque ovis ſuis fere tegunt. Tandem apud fines Britanniæ *Beauvoir*, opidum in litore maris eminens, & *Inſulæ* aliquot aliæ.

Noirmonſtier. l'Iſle d'œufs. Beauvoir.

PIctaviæ orientem verſus contigua eſt *Biturigum Provincia*, ampla & Ducatus nomine clara: finibus ſuis Turones, Blæſenſes, Urapiſios, Niverneuſes, Borbonios & Lemovicenſes quoque contingens, in centro quaſi Galliæ poſita ſub gradu latitudinis 47. regio nullius rei indiga, inprimis vero lana & pecore abundans, vinetisque & paſcuis, continet ingentem numerum opidorum, burgorum, pagorum, ſaltuum, montium, fontium, ac fluminum.

Bourges. Metropolis ejus *Avaricum Buturigum*, ampla & Regia civitas: *Academia* & *Archi-*

Archiepiſcopatu nobiliſsima: cui ſubſunt *Epiſcopi Claromontenſis*: *S. Flori*, *Mimatenſis*, *Caſtrenſis*, *Albigenſis*, *Aniciensis*, *Ruthenenſis*, *Vabrenſis* & *Cadurenſis*: habetque in Sola Diœceſi Bituricenſi *Abbatias* Ord: Bened. 15. Ciſterc. 14. S. Auguſtini 5. Prioratus 1013. Archidiaconatus ad ejus collationem 9. Archipresbiteratus 20. in ipſa urbe numerantur Templa collegialia 7. Parochialia 17. Abbatiæ opulentæ Virg. 2. & totidem PP. aliaque Monaſteria multa & Collegium PP. Soc. Jeſu, *Xenodochiumque pulcherrimum*. Turribus ſuperbit altiſsimis; unâque, Arcis inſtar, amplâ: in *Sacello*, *S. Salvatoris Theſaurum* ſervat admirandum. *Palatium Regium*, tabernis mercium omnis generis, magnificum habet: Portaſque majores 7. Inter Privata ædificia ſpectanda *Domus Iacobi Corderii*, tot feneſtris, quot annus diebus, illuſtris: & *Hortus Mercerii*: *Area D. Petri*, duplici arborum ordine amœna, eſt omnino viſenda: uti & in *S. Privati* ſuburbio *Fons* calculis renum & veſicæ lapidi medens: *ſita eſt* hæc civitas loco fertili & amœno ad Avaricum & alios 2. fluvios confluentes, cui Pons ſuperſtructus lapideus 5, fornicum: cinctaque eſt muro atque 80. turribus. *Berry.*

Cæte-

Berry. Cætera potiora opida ſunt *Vccellodu-*
2. *Iſſon-* *num*, urbs regia Turribus ac templis
dun. illuſtris: vino & lana dives: munitionibus valida: Ballivatu latæ juriſdictionis nobilis; ſitu, ad *Theolium* amnem, amœna.

3. *Dun le Roy.* Tertium opidum eſt *Dunum regis*, ſupra Biturigum ad Avronium fl. poſitum lata quoque juriſdictione gaudens.

4. *Vier zon.* Quartum *Virſio* ad Avaricum Carum & Theolium, amnes confluentes, commode ſitum: de quo hi verſus:

Virſio villa virens aliunde pauca requirens,
Silvis ornata, vineis, pratis decorata. —

5. *Melun.* Quintum eſt Magdunum, ad auram infra Biturigum ſitum; jus dicens Caſtellaniis de *Loué* & *Foecy* vicinis.

Cætera opida ſunt, ad Carum: *S. Loup, Chau Neuf, S. Crapais, S. Fleurant, Villeneuf, Mery, Meneſtou, Ville Franche, Selles*: ad Arnonem *Chau Mellant, S. Hi-*
Charroux. *laire, Linieres, Mareul, Charroux* opidum antiquum, *Renly, Loury, Pert de Loup*: ad Cinaſiam *Voullon, Bommieres*: ad
Chau Roux. Indrum *Ville Dieu, Bourg de Deols, Chau Roux*, Ducatus & Patriciatus inſignibus clarum feudisque 1200. ab eo dependentibus illuſtre, Condæi Princi-
La Chaſtre. pis patrimonium, *S. Chaſtier, la Chaſtre*

mæni-

mœnibus, fossis & Arce firmum opi- *Berry.*
dum, *Severe* & prope ad Crausiam fl. *Boussai*, *Aigurande*, *Cluys Dessus*, *le Lys S. George*, *Argenton* (Philippi Cominæi olim Dominium) opidum est cum Arce antiqua, 7. majoribus & 3. minoribus Turribus munita, *Pont Chrestien*, *S. Gaultier*, *Blanc en Berry*, & alia ad Saldriam fl. *Richemont*, *la Chappelle d'Aguillon*, *Concressault* sive *Concordia Saltus*, burgus frequenter habitatus, cui adjacet Arx situ & opere inexpugnabilis; ei subsunt *Clemon*, *Vailly*, *Beaujeu*, & alia; *Argenté*, & prope *Aubigny*, Sedes olim Regalis, è quo ortus *Aubinianorum* nobilis *Familia* & alia. *Argenton.* *Concressault.* *Aubigny.*

Item ad Ligerim *Comitatus Sancerranus* cujus caput *Sancerra*, quasi Cereris vel Cæsaris sacra urbs; imo & Bacchi quoniam Mons, cui opidum insidet, non modo tritici sed & optimi vini ferax est; estque situ & opere munitissimum Arceque firmum; pedem montis alluit, ad *Thibaldi Portum*, *Ligeris fl.* Famam habet ab durissima, & Numanciæ comparanda, obsidione, quam sustinuit sub Carolo 9. Comitatus hic ad *Buelliorum familiam* spectat, parentque ei, loca vicina *S. Sergue*, *Beaufeu*, *Les air daiguillon*, *le Chastel de Boncard*, *Jalonges*, *Tavenay*, *Ver-* *Sancerra.*

Bourbonnois *Verdigny*, *Meneſme*, *Charantonnay*, *Brie*, & alia.

Adjacet prope ad Valviriam amnem *Monfaucon* *Monsfalconis* opidum cum Arce munitum, edito loco inſtructum, *Baronatus* gaudens dignitate, ad quem ſpectant parochiæ 28. & in circuitu earum 50. *poligny* ſtagna ampla, inter quæ *Polignium*, ambitus cujus 4. mill. continet: & centrum Garendiam unius Leucæ, cuniculis pluribus inſtructam.

Bourbonnois BIturigum Provinciam orientem verſus, ſequitur *Borbonia* Ducatus titulo nobiliſſima Provincia: quam *Elaver fl.* limpidus mediam perluit, inferiorem vero ejus tractum Ligeris à Forenſibus Burgundis & Niveanenſibus ſeparat, cæteris partibus Bituriges & Averni attingit: ſolum ejus fere arenoſum & multis locis effætum, unde hic frumenti & vini infrequentia.

Moulins. Caput ejus eſt *Moliniam* antiquorum Ducum ſedes, uti quorum *Arcem* continet magnificam, & ſumtuoſe ornatam: cui adſtructi horti, fontibus, citriis, aliiſque amœni: eſt hic ædicula foſſa cincta, quæ Ponte ſuperatur, ſed ex eo in foſſam precipitaberis, niſi ante clavo ferreo ipſum firmaveris: ceterum *ſitus* urbis amœnus ad fl. Elaverum; plateæ

ejus

ejus mundæ admodum placent, Superbitque Templo Collegiali, & 7. Paræcialibus, atque 8. Suburbiis amplis, & egregiæ excultis: in quorum uno Patres Soc. Jesu Collegium habent elegans: omnia vero & circum circa hortis, pomariis & ambulacris spatiosis amœna, uti *S. Bonnet, le Parc de beau Cour, le Forest de Melodie*, & alia loca vicina plurima, spectatu delitiosa. *Bourbonnous*

Cetera opida potiora sunt, inferius ad Elaverum *Ville Neufve*: cujus Dominus est *Monsr. de Guenegau, Xaincoings, Gemigny* & prope Molinium ad Queniam fl. *Souvigny* & inferius *Borbonium, Archambaldi*, opidum exiguum in valle situm & flumine cinctum, thermisque calidis exsiccantibus ac maxime salutiferis clarum: Arcem habet in rupe, veterum Ducum sedem, muro firma ac turribus 24. cinctam, intusque Sacello Regio (ad exemplum Parisiensis 12. Canonicis & Thesaurario illustri) decoratam: ante Portam statuæ Ducis Joannis Borbonii fundatoris, & Joannæ Caroli VII. filiæ, ac Ludovici Sancti spectantur. *Ville neufve* *Bourbon l'Archambaud.*

Alterum opidum Borbonium ultra Ligerim in ripa ejusdem situm *Ancy* cognomen habet, à nomine utriusque filiorum Ducis Joannis, ea dividentium: *Bourbon l'Ancy*

opi-

Bourbonnois opidum quoque Parvum eſt & aquis medicis celebre.

Alb. 7. Font Cetera Borboniæ opida & loca portiora ad Ligerim ſunt *Abbatia 7. fontium S. Leger, Eſtree, Molinet, Chaſſenay, Digoins, & La Motte S. Iean*, ad oſtium Arronty fl. *S. Thian, Marſiniacum* celebre Virginum Ord. Cluniacenſis Monaſterium, inde introrſus verſus meridiem *Le Donjon, Montagut*: & ad Beboram fl. *S. Drieſt & La Paliſſe* burgus amplus ad viam Lugdunenſem cum Arce, (ſitu, ſtructura, ornatu, hortis, ac vivario amplo:) magnifica, pulchra & amœna. Dominum agnoſcit Marchionem de Geran peregrinatium fautorem; *S. Germain le puys, D. Aligny*, & ad Elaverum ſupra Molinium *Varennes* opidum clarum, *Verneuil*, vinis ſuis celebre, & *S. Porcain* cujus ager præſtantia vina producit, *Billy S. Germain de Foſſes, Cuſſet Vichy: Eſcurolles, Gannat, Brules, Charroux, Chantelle le Chaſtel.* & ad Carum fl. ejusque rivos proximos fonti: *Mont Aigu en combraille: Monmarant, Montet aux Moines, Ville Franche, Coſne, Neris* opidum à Nerone imp. fundatum, ut volunt, certe thermarum aquæductum aliarumque antiquitatum ibi reliquiæ, demonſtrant condignum olim opidum fuiſſe, item S.

digoins

Marſigny

La Paliſſe.

Verneuil S. porcain

Neris.

Foriol,

Feriol, *Gouzon*, Mont Lucon thermis quoque calidis celebre, *Heriſſon*, *Cerilly*, *Eſpineul*, *Aynay le Chaſtol*, *Agnay le vieil*, *Charenton*, *S. Amand* inter vineta amœne ſitum: cum *Arce Montis rotundi* munitiſſima ad Principem ſpectante Condæũ, qui & ibi divertit, occaſione data. *Auvergne.* *Mont lucon.* *S. Amand.* *Montrond.*

BOrboniæ Meridiem verſus ſuccedit *Avernia*, regio feliciſſima, ceteris Partibus Forenſibus, Languedociis, Cadurcenſibus & Lemovicenſibus vicina. *Auvergne.* *Dividitur in Superiorem*, & *inferiorem*; *illa* magis ampla, proprie Arvernia eſt & montoſa: *Hæc Limania* dicitur & plana fere eſt & fertiliſſima, amæniſſima-que regio: tota vel tecta vineis, aut florulenta pratis, ac diſtincta culturis, aut conſita pomis, aut amæna lucis, aut irrigata fontibus, aut interfuſa fluminibus, aut crinita meſſibus, adeo ut poſſeſſores ejus Paradyſi imaginem tenere videantur. *Limagne.*

Metropolis *illius* eſt *S. Flour*, urbs Epiſcopatu (ex Claromontenſi delibato) nobilis, ſub Præſule Bituricenſi; in edita & undique prerupta ſita rupe, juxta quam Adia amniculus in Treverem, eam præterfluentem, deſcendit, & inferius Treveris in Oltum fl. Reliqua opida ad Oltum fl. ſunt: *S. Leger*, *Chaudes Aigues*, *S. flour*

Limag ne. *Aigues, la Vincelle, Marcolez, Maors.* Ad Jordanam *Carlay*, *Aureliacum*, urbs in-

Orillai ter Auverniæ primas, sede antiqui Balliuatus nobilis, aëre gaudens puro ac temperato, habensque in singulis vicis canalem, quibus urbis sordes in rivum educuntur: *la Caille*, *Tornemire*, *S. Sorny*, *Roquebrun*, *Maran*, & interius *S. Martin*, *Salers*, *Achon.* Ad Lanionem *Murat*, ad Duoram *Crapone*, ad Elaverum *Langrat*, *Brivas* vetus, ubi Elaver rupibus

Brieude de la vieille. stringitur & Ponte unius arcus, qui miro artificio à Romanis structus tegitur: *item Brieude* & alia.

Limag ne. Sequitur inferior Arvernia sive *Limania* & in ea proxime ad Elaverum & *Cus-*

Issoru. *sonis* confluentis ostium *Issiodorum* in planitie amœna situm: *cui dextrorsum*

Vsson. non procul abjacet *Vsson Arx* egregia editissimæ rupi, pilas rotundas naturales ostentanti, instructa, domicilium olim Reginæ Margaritæ: *sinistrorsum* ad fon-

Besse. tem Cussonis fl. *Besse* opidum & *Lacus Pavinus* occurrit, in quem si lapidem projeceris, vapores exinde assurgunt, qui mox in pluvias grandines & tonitrua

M. dor. sæpè resolvuntur: inde non procul *Mons Dor.* ex quo Dordonius fl. fontem ducit, ubi balnea, calidæ, tepidæ & frigidæ aquæ, diversis morbis medentia: est &

in

in Vicinia *Fons*, quem *vinosum* vocant, quia si ejus aquis addas vini partem sextam, omne vinum judicabis : est & hic *Mons Comi* quercubus densus, à quo prope abest, *la cave de la glace*, Fons cujus aqua Julio & Augusto mensibus gelu vehementer astringitur, minimè verò hyeme: inde sequitur *Bojart* pagus à quo vineæ cultissimæ, jugiter viam (Ceruleis & gradibus saxis stratam) sepiunt ad urbem usque *Claromontem* Limaniæ metropolin & Episcopalem sub Præsule Bituricensi : Quæ *Cæsaris Gergovia* fuit; urbs nitida est, ac Templis Monasteriisque magnifica : in clivos assurgens, præcipue ubi Templum D. Virg. Cathedrale, & saliens Fons eminet, & Aula Episcopi. Superbit quoque Palatio Regio: munitaque est Arce : admiranda vero celiis vinariis, 40. & plures gradus altis, è vivo saxo structis, adeoque algidis, ut diu in iis morari, nisi de sanitate periclitari velis, non debeas. In ipsa urbis fossa est *Fons S. Petri* acidulis salubribus clarus, calculosis inprimis sanus: Contrarium opus facit fl. *Tiretaine* olim Scateon dictus, ex cujus aquis natus mirabilis Pons lapideus longus 30. crassus 6. latus 8. ulnas : Penes hunc fl. est *Abbatia S. Illidy*, extra urbem Superbæ struc-

Limag ne.

Clair mont.

Fontai ne S. Pierre.

S. Allyre Ab.

turæ

Limagne. cturæ, ut quæ Castri instar turribus munita, intusque columnis & marmore ornatissima: pone hanc *& Fons amplus est*, arescens cum nuces defrondescunt, & rursus fluens cum germinare incipiunt: Quadrante ab urbe mill. ædes est *S. Marc* D. *Marci* ad quam 3. *fontes* diversi saporis: nitrum, sulphur, & vinum esse dixeris. Hinc vix quadrante mill. est opidum *Monferrand.* & prope *fons oleaginosus*: è *Le puit de la poir.* quo crassior liquor profluit, glutinosus & picis instar nigrior, flammam concipiens, multum podagræ frigidæ, nervorumque affectibus prodesse dicitur, præsertim si cum Therebintho miscetur; *M. Ferrand.* dicitur vero *Montferrat*, quasi *mons ferax* vini frumenti, opidum est amplum, sedes Thesaurarii Arverniæ, & Arce firmum, quod Marescallus d'Effiat pridem cum Claromontio unire & uno nomine *Clarimonferrand* vocare constituerat. Hæc de locis claromontio proximis: *Rion.* cetera ulteriora sunt *Rion*, nobile sede appellationis & Curia Provinciali opidum: *Pont de Chau*, in colle vitifero juxta Elaverum structum cujus Ponte superato *Beaurigard* Vicus & Arx Episco- *Beauregard.* palis eminet in vinea: inde *Lezous* opidum in colle, vineis & hortis amæno situm. Hinc superato Dora Fl. Ponte lapi-

lapideo 6. arcuum, aſcenditur in urbem *Tiert*, in excelſo monte, (formâ longiore & eleganti ſpecie) ſitum: in ſublimi montium jugo optimum frumentum creſcit: latera vitibus ſunt cooperta, & omni ex parte luxuriantes conſpiciuntur colles: in valle humiles conſtituræ domus & ad amnes interluentes longo tractu moletrinæ, quæ muris nudatæ, pagi cujuſdam amœni formam fingunt. Hinc verſus *Borboniam* occurrunt, *Charnat*: *Mon*, *Guago*, in lacu ſitum. *Maringues*, *Puy Guillaume*, *Rondan*, *Aigueperſe*, *Monpenſier*, Ducatus & Patriciatus nominibus illuſtre Principis Dombenſis opidum, & ad Sivolin Fl. (exili aquarum ſtrepitu oberrantem, ſed barbis & truttis optimis abundantem) *Ponte Mur.* & *Ponte Gibaud.* cujus Dominus Comes de Gibaud: & interius alia. *Limag Tiert.* *Mon-penſier.* *P. Gibaud.*

SEquitur hinc occidentem verſus *Le-Limoſinum Provincia Parlamento Burdigalenſi ſubjecta.* Inter Arvernos, Cadurcos, Petrocorios, Inculiſmenſes, Pictones, Bituriges & Borbonios ſita: Crauſiæ, Gartempæ, Vigennæ & Veſeræ fluminum principiis rigua: ager eius ſterilior, pecore abundat & Caſtaneis: incolæ rudiores & inur-

Limoisin. bani, feminæ ingratæ & ſordidæ; familiæ numeroſæ. *Dividitur que in Superiorem & inferiorem.* Superioris (quæ *la Marche Limoiſin* dicitur) civitas eſt *Lemovicum* Epiſcopatu (ſub Præſule Burdigalenſi) clara: ſita ad Vigennam, partim in planitie partim in montis faſtigio munita muris & arce: aquis, beneficio fontis limpidi, abundans; ampla ſatis ac populo frequens, commerciisque dives, ſed ſordida & fœde ſtructa: Inter ædificia Sacra eminet Colleg. PP. Soc. Jeſu Templumque nullis incumbens columnis: Portis patet 7. habetque Vigennæ inſtructos Pontes 2. ſex arcuum: ager ejus ſuburbanus vineis undique cultus & amœnus eſt. Inferius ad Vigennam opida habet *Aixe*: *S. Iunien.* amœne in clivo ſitum opidum: *Eſtaniat*, Vicus cum Arce Scombergio Comitis parens, egregio nemore cinctus. Supra Lemovicum ad Vigennam occurrunt *S. Leonard* Abbatia illuſtris & ſpectanda: *Fymoteriers*; opidum parvum *Tarnac*: ad Taurionem, *P. Taurion*, *P. De Murat*, *le Donnion*: *S. Martin*, *S. Prieg* ad Vinconem, *Granmon* Abbatia caput ordinis Grandimontenſis. *Dronlie*, *Blanche* Abbatia ad Cattempam *P. S. Martin*, *Rancon*, *P. de Blanzac*, *Gartempe* pagus, S.

Limoges.

S. Iunien.

S. Leonard.

Granmon.

Legu

Leger, ad Crauſiam: *Glenic*, *Gueret*, *Ahu*, *Ambuſſon* & *Feletin* opida duo raperibus & aulæis minoribus, quæ ibi fiunt, celebriora. Hæc de Superiore. *Limoſin.* *Ambuſſon.* *Feletin*

Inferioris, Lemovicenſis Provinciæ, *Diœceſis Civitas* Epiſcopalis) ſub præſule Burdigalenſi) eſt *Tudela* ad Coraſiæ amnis ripas poſita: Turri pyramidali artificioſe ſtructâ, ſuperbiens, ballivatu nobilis, negotiationibus dives, & 3. ſuburbiis, urbe ipſa amplioribus, magnifica. *Tulle.*

Inferius ad idem flumen ſequitur *Brive*, *la Gaillarde* ab genio incolarum & agri, cognominata urbs; ſedes Seneſchalli; læta & fertilis circum planities eſt, & ſilvæ, nec vineta deſunt; amnis lapideo ponte ſtratus: Adjacet prope ad Veſeram amnem *Temple d'Amour*: & altius ad Veſeram *Allaſſac*, *Donzenac*, *Vyolac*, *Vſarche*, amœnum & grati aëris opidum, & ob munitiones inexpugnabile: Abbatiam habet, in qua dementes ſanitati reſtitui dicitur, altius ſunt *Treinac*. *S. Mer*, & alia; & inde ad Dordonum fl. *Port Dieu*: *Bort* & interius ad Luſigiam torrentem piſcoſum ac profundum, *Vantadorium* caſtrum Ducatus & Patriatus dignitate, gentiſque nobilitate illuſtre. Quod inferius ſubſequitur *Vice-* *Brive.* *Vſarche.* *Vantadour.*

Petrigort. *comitatus Turemius*; cujus caput *Turenne* non procul à Briva ſitum: quo & ſpectat *Beaulieu* ad Dordonium & alia loca plura, circa fines Petrocorienſes.

Turenne.

Dordonium enim cum *Veſera* hinc in *Petrocorienſem* deſcendit *Provintiam*, Parlamenti quoque Burdigalenſis, *Caduricos* quoque & Vaſcones, Santones Inculiſmenſes vicinos habens: ſolum ejus aſperum fere, & montenſe, aër vero temperatus ac ſalubris, ita ut rarioribus ſit obnoxia morbis, nec contagioſis: fluviis & fontium ſcatebris abundat, nitetque Prætoriis crebris. *Dividitur* in 2. *Diœceſes* Dordonio fere amne diſtinctas, *Petrocorienſem* ſcilicet & *Santenſem*.

Sarlas. *Hujus Metropolis eſt Sarlatum*, in ripa Dordonii dextra ſitum, celebre olim Eſculapii Gymnaſio opidum, in quo Druides medicinam docuerunt, ceteri ejus opida ad Dordonium ſunt: *Domme* ſitu munitum: & inferius ad Veſeram *Limeul.* Dordonio confluentem *Limolium* rupi impoſitum, in ſolo prædivite & fertili.

Linde. *Linde* opidum fonte, miræ ſcaturigionis

Bergerac. turri incluſo famoſum *Bergerac*, nobili munimentis validiſſimum, & frumenti generoſi vini, & aliarum frugum copiâ lætiſſimum, & Regio tribunali inſigne.

signe. Ponte denique super Dordonio commodum. *S. Foy*, vino suavi celebre: *Chastillon*, *S. Emilion* opidulum antiquum in clivo montis situm, conspicuum Templo Collegiato, mira arte, in rupe structo: *Liburnum*, opidum situ inter Ellam & Dordonium confluentes opportunum, novum, pulchrum, rectisque plateis amœnum: ac populo & commerciis frequens. Portis 7. apertum; quantum quatuor versus flumina sunt; murisque & crassis turribus munitum, ornatumque regiis aliquot operibus, jure Collegii & civitatis incolis concesso nobile; ex ruinis Condati Portus (cujus inferius reliquiæ supersunt) natum: & ad hoc fastigii evectum, uti grassante Burdegala peste, huc Parlamenti sedes translata aliquoties fuerit. Horrendus insuetis, & periculosus nautis improvidis, huc usque ex Oceano, æstus maris, citato cursu, assurgit, *Mascaret* vocant, quem pueri in litore ludentes intrepide, expectant; tanta consuetudinis vis est. Reliqua opida interius versus Aginnates sunt: *Solignac*, *Perdillon*, *Monsegur*, opidum situ munitum & frequenter habitatum, *Chastillon*, *Lunel*, *Biron* & alia.

Test-gert.

S Foy.

S. Emilida.

Libourne.

P Condat.

Monsegur.

Petrocorienſis metropolis eſt *Petrocorium*, *Veſuna* Romanis, ad Ellam fl. egregio, Ponte ſtratum, poſita, in planitie undiquaque viniferis collibus & tumulis cincta, ipſa urbs in *Veterem*, & *Novam* diſtincta: *illa* Veſunæ nomen retinet, & Turrim (Viſone vocant) craſſam & rotundam ſine limine & Portis: item Amphitheatri partem, columnas & arcus, alia & antiquitatum reliquias habet: item Templum Cathedrale, Epiſcopi Palatium atque plurimorum nobilum ædes.

Perigort.

Perigueur.

Hæc Noua munita eſt egregie, continetque Collegium PP. Soc. Jeſu, ac ſuburbia templis ac monaſteriis ſpectanda: hoſpitiisque ipſa urbe commodiora. Hinc ad Veſeram fl. inter *Montignac.* & *Tajac.* opidum ſe offert *Miremont*, celebre *Crypta* admiranda ei vicina, longa dicitur 6. mill. & continere, Cameras, atria, altaria, picturas fontes & flumina, non ſine comitatu idoneo & facibus ſpectanda: ſunt & alia plura rara in hac regione ſpectanda, uti *balnea*, & *fontes ſalutares, bolus armenus, ferri, & argenti fodinæ*: item 2. mill. à Petrocorio *Fons* mille lapidum ſpecies formans, lapideoque cortice obducens quicquid in eum projeceris. Reliqua opida ad Ellam ſita ſunt

Miremont.

Le Cluſeau.

sunt *Mucidan*, *Monpont*, *Guitres*, & ad Drumam, *Piquou*, *S. Aulaye*, *Parquout*, ad Collam: *Brandhomme*, opidulum peramænum, locoque fertili situm, Abbaria prædivite clarum *Boudeille*: *Aubeterre* sic dicta quod ejus tractus terra albescat. *Angoumois.* *Mucidan.* *Brandhomme* *Aubeterre.*

HInc septentrionem versus *Inculismensis Provincia* continuatur, *Ducatus titulo illustris* sub Parlamento Parisiensi: feuda nobilissima plurima comprehendens; Regio est fertilis & amœna quam *Carentonus fluvius* celeberrimus mediam perluit: cujus ripæ collibus viciferis & pratis virentibus jucundæ: insulæ pascuis & nemoribus commodæ, alveus piscium optimorum copia opulentus, & superficies 12. in hac Provinciâ Pontibus magnifica est: Metropolis ejus *Inculisma*; Episcopali sede (sub Præsule Burdigalensi) decorata: Templo Cathedrali & 11. Parochialibus magnifica; Collegio PP. Soc. Jesu aliisque monasteriis aliquot pulcherrimis spectanda: situs ejus munitus in rupe præcipiti, inter Carentonum & *Anguiennam* confluentes assurgente: inferius prope adjacet *S. Eparchy Abbatia* cum *Ponte* eximio, viam regiam super Carentonum pandente: opulenta est hæc Abbatia *Angoumois.* *Angoulesma.* *S. Cibard.*

&

Angou-mois & olim fuit Comitum Inculiſmenſium ſepulturæ locus, imminet ei ingens rupes & horrendum precipitium: inferius ad *Caſtrum Novum* Carentonum XI. Pontem habet inde deſcendenti juxta Carentonum offert ſe Jarnac *nobile Chabatierum Caſtrum, præter fluentis quod rigat Carentoni formoſa Lympha*, tres habens Pontes penſiles, quorum unus in hortum, alter in ingens pratum, tertius in ſilvam ducit: Sequitur *Conjac* municipium Regium cum Arce Regia, loco natali & nutricio Franciſci I. Fons intus eximius qui nunquam exhauritur; Pons vero Carentoni hic eſt XII. incipitque hinc ampliſſima & fertiliſſima planities quam *La Campagne de Conjac* vocant: atque fluvius hinc latiore & ſinuoſo fluens alveo fit navium grandiorum capax: ager ejus viuum fert optimæ notæ. *Hactenus infra: Supra* Inculiſmam, mox occurrit *Portus Vlmellus* ubi Carentonus *Telvelumeauram* excipit, qui *Nec fluvius, nec fons, nec abyſſmus, nec vivarium, ſed omne*: omni anni tempore æqualis; piſcibus abundans, fontem habens ſine fundo, aquasque limpidas & frigidas, ripas pulchras, Pontes Lapideos tres cum tamen Longitudo ejus 2. mill. non excedat,

Carentonus

Conjac

P. De la Tau ver.

cedat, latitudo fere sit 20. passuum. Porrò altius ad Carentonum occurrit *Balzac*. Baronatus titulo nobile, & illustre Domino suo eloquentiæ Gallicæ Principe. Item *Vindelle*, *Vars* Castrum Episcopi amœnum, ubi nonus Carentoni Pons: octavum vero ad Montiniacum: Septimum & Sextum ad Maulium Canonicorum Inculismensium municipum amœnum, & Vernolium pro se ostentat: offendis reliqui in Pictonum ditione sunt apud *Ezes Conday*, *Sivray*, *Rochemeau*, & *Sicolen* Alià opida hinc ad Vigennam sita sunt, *Anaille*, ubi medici jam pridem fontem repererunt, cujus aquæ dolores colicos & ventriculi, aliosque morbos fugant: *S. Germain*, *Confoulans*, *Chabanais*, & altius ad Garonam *Rochecovard*, opidum cum Arce; & *Oradour*: hinc proxime ad *Tordoperam* descendenti occurrunt *Monberon* opidum cum Castro, *Rancogne* celebre cryptis subtarraneis, quæ rupibus inciſæ sunt, & amplissimi instar Palatii Cameris & atriis distinctæ, ornatæque figuris omnigenis, rupibus hisce innatis: item *Castrum Fulcodiorum* in rupe situm, & teste Carolo V. Imp. magnificentissimum: Ducatus & patriciatus titulis

Angoumois.
Balzac
Vars.
Montigny.
Maule Ver.
nocil.
Anaille.
Rochecovard
Rancogne.
Rochefaucault.

Xaintonge. dignissimum. Et inferius prope Tolverræ fontem *Braconia silva* omnium celeberrima: item ad Aureum & Argenteum amnes *Champagne Mouton*, *Nantueil* Abbatia, *Porsac*: ad Sonum & Sonulum fl. *Sansac* *Celle fruin*, Abbatia *Beaulieu*, *Sansac*, eximia Arx, *Vallence* & *Maintfons* ad Nedum fl: qui perluit amplam illam Campaniæ planitiem, &c.

Forest de Branconne.

Xaintonge. INculismensi regioni versus occidentem succedit *Santonia*, quam & Carentonus mediam perluit & in Oceanum exit: ita ut Oceano Garumnæ ac Pictaviæ ac Petrocoriis includatur, sub gradibus latitudinis 45. & 46. Regio quæ ab insigni fertilitate & amœnitate audit, *La Perle de France*: & de qua vulgo dicitur, *Si la France estoit un œuf. Saintonge en seroit le mojœuf:* Nihil enim est quod hic desideres: flumen navigabile & Portus ad mare plures commerciis eam frequentem faciunt.

Xaintes Metropolis ejus *Mediolanum Santonum* urbs antiquissima juxta Carentonum ad clivum montis sita, munitaque Arce rupi instructa: Fluvius ponte stratus superbo Romani operis ultra quem *Suburbium*, & *Abbatia*, *des Dames* & alibi Suburbium S. Eutrapii, & *Prioratus* opulentos habentes reditus: sunt & in urbe

urbe plura Monasteria ac templa, Collegiumque PP. Soc. Jesu: *Cathedrali* Episcopi vero Magnificentissimo Campanili ac artificiosissima cochleâ ascensum ejus daute, cætera Aquitaniæ vincit: Antiquitatem ejus, Arcus ad Pontem, cum hac inscriptione, notat: CÆSARI NEP. DIVI JULII PONTIFICI AUGURI. & alia extra urbem Amphitheatri & aquæductuum rudera magnifica. Incolarum urbis hujus indoles adeò eximia est & grata, cœli & aëris tanta clementia, agrique ea præstantia ut natura hic deliciarum & voluptatum domicilium, amœnitatumque secessum posuisse videatur. *Xaintonge.*

Cætera opida supra Urbem ad Carentonum sunt *Port Chauveau*, infra quem Portum *Singona*, ex Petrocorii finibus descendens, abundansque tructis, percis & Carpionibus in Carentonum exit, alluitque proxime *Pontium* opidum nobilissimum, à Pontium subliciorum ingressu, nominatum: *Singona* enim ante opidum se dividens in plures alveos insulas aliquot facit, ita ut 4. Pontibus subliciis ingredi illud necesse habeas: *situs* ejus amœnus in colle forma arcuata: *divisumque est in superius* (quod *S. Viviani* vocant) *& inferius*: Paret Domi- *p. Chauveau.* *Pons.*

Xainonge. nis de Ponte, qui ex antiqua Romana familia originem ducere creduntur, fidemque adstruunt antiqui hic lapides eruti ante annos aliquot, cum hac inscriptione: DIVUS CAJUS JULIUS CÆS. IMP. ÆLIUS PONTIUS NEPOS ROM. MAG. TUMUL: certe hodiequr *Sire* nomine utuntur. Possidentque hic Arcem collis jugo insidentem, muro crasso turribus & fossis munitam, habentque sub ditione sua 52. Parochias ac 250. feuda nobilia: inter illas Insulam *Vlarii* & *Broagium* opidum de quibus mox: neque cuiquam homagium debent nisi Regi, singulari quodam modo. Cæterum alia hinc opida versus Garumnam sita sunt,

Sires de Pont

Mirembeau. *Belougri*, *Bergerie*, *Arx Perou*, *Mirembeau*, caput Marchionatus *Petit Niort*, *Pontet*, *S. Aubin*, & alia.

Jam vero infra Santonum urbem ad Carentonum sequuntur *Talliaburgum* Tremolliæ gentis opidum, Arcem habens amplam rupi insitam præruptæ: quam circumcingit ædibus suis opidum: flumini impositus *Pons* firmus & totius Galliæ longissimus, viam faciens usque ad vicum *S. Iames*: campi hinc amœni utrinque, & silva ad Botonæ fl. ostium: ad quem fl. altius *Tonæum* opidum occurrit

Taillebourg.

Tonay Boutonne.

currit cum Arce quadrata, cujus Dominus Regi non præstat homagium nisi sit in loco propinquo; altius ad Botonam sunt *S. Ian d'Angely*, hodie *S. Ludovici burgus*, *Chisay*, *Aulnay* & alia: ad Carentonum vero inferius *Tonæum* alterum occurrit, quod *Carentoni* dicitur, ad discrimen superioris: illustre statione navium grandiorum, quæ huc usque ex Anglia & Belgio ascendunt: firmum quoque Arce antiqua, *Dominæ de Mortemale*, amœnum situ, agrum habens frumento ac ligno abundantem, campisque divitem, & à tergo Nemus quercetanum jucundæ inserviens deambulationi ostentans. *Xaintonge.* *Tonay Charente.*

Succedit hnic *Soubize* opidum Portu & Ducatus titulo celeberrimum, ab quo Carentonus lato alveo inter Salinas sub *Portu Lupini* in oceanum volvitur. *Soubize.*

Ultra Carentonum hinc *Alnesii territorium* succedit, *Santoniæ appendix*, vitibus abundans: ejus urbs est *Rupella* ampla satis & pulchra ac negotiationibus frequens: Portum habens amplum, tutum ac munitum: Templum in eo Reformati struxere rotundum, Panthei instar Romani, miro artificio formatum: habet & Xenodochium amplis reditibus dotatum; item Collegium PP. Soc. *Aulnis.* *La Rochelle.*

Xaintonge. Jesu magnificum. Prope in Oceani litore ab est *Promontorium Bosium*, cum sinu vasto ac à ventis tuto, Bajam vocant & Portum novum: cætera opida huc spectantia sunt *Maranum* municipium amplum cum Arce firma, nullis mœnibus, sed venda amne vastisque ac spatiosis lacubus cinctum ac munitum: & introrsus, *Andaille*, *Nuaille*, *Surgeres*, *Clavette*, *Perigne*: & *Nestre*, *Angonlein*, *Chastellaillon*, *P. Ive*, *Chertre*, *Coudre*, & alia ad littus oceani sita. E regione Rupellæ in oceano spectatur duo à continenti mill. *Insula Reta* Præfecturæ Rupellensis, sale & vino abundans, & ob commercia populo ac vicis frequens, & fortalitiis aliquot egregiè munita, Portum & stationes tutas habens versus continentem ab aliis partibus inaccessa & prærupta.

Port Neuf. Marans.

Nestre.

l'Isle de Re.

Et d'Oleron. Ab hac meridiem versus *Altera Major* paulo se offert *Insula*, è regione Ostii Carentonis fl. *Vliara* vocata, agrum habens omnium rerum feraciſſimum, frumenti in primis & vini, salisque copiam: aditus satis faciles sunt ad *Canales Perotinæ*, *Arcealis*, & *Abrandæ* ac juxta *Portum Castellæ*, cujus burgus præcipuus insulæ, locus est, munitus 5. propugnaculis regiis: *Cœnobium* continet opti-

mum

mum ord. D. Bened. ac insuper *Collegium Canonicorum*, PP. Franciscanorum Monasterium: distinguiturque 6. Parochiis, sub Dominio Comitis Pontii, cujus Dominii quoque est *Broagium*, (ut modo dixi) opidum in proximo litore, maris positum, novum ac munitum, & commerciis, salis inprimis, opulentum: interius est *Plassac Chau*. *Xaintonge.* *Broua.* *Plassac Chau.*

Ab hoc Garumnam versus in litore sequitur *Marennes* ubi *Pharus* altissima, noctu prælucens, nautarum causa. Prope adjacet *Peninsula Arverd* ceteris salsis paludibus latior, ubi Pinus & ilices perpetuo virides copiosæ crescunt, hæ cum sint oleaginosæ facile ignem, virides quoque, concipiunt, & ardent, unde insula Ardverd audit. *Maren nes.* *Arverd.*

Ulterius juxta Garumnæ ostium *Sardiniorum piscicularum & ostrearum* suavissimorum copiosa piscatio est. Sequitur *Rojanum* nobile opidum cum Portu, quem tutatur Arx adstructa, herois Marchionis de Rojan. *Rojan.*

Hinc juxta ampli Garumnæ ostii litus succedunt *Talemond, Mortagne, Conjac, Bord de Ry*: *Blavia* opidum & Castellum, Turribus & propugnaculis munitum, ad quod Angli vela submittere, & pro singulis navibus aureum Præfecto *Blaye.*

soli-

Guienne solvere tenentur; Promontorium olim Santoniæ fuit, & *Castrum Rolandi*, Caroli Magni Nepotis, cujus & arma incolæ ostendunt. Sequitur *Burgus Pontii Leontii*, antiquum & validum bello opidum à Paulinis ad Dordonium ubi Garumnæ confluit, structum: Altius ad Dordonium est *Portus Cusaci* & geminæ ad eum in excelso loco Turres: inde ad Ellam & Dordonium confluentes vertici montis insidet *Fronsiacum* opidum quoque munitissimum, ac Ducatus Patriciatusque titulis nobilissimum: cui accessit municipium *Coutras* ad Ellam altius situm, & 600. vel 700. focis habitatum: ita ut ab hoc Ducatu jam dependeant Parochiæ 29. reditusque ejus annui sint 25000. florenorum & amplius.

Bourg. Suinet.

Port de Cusac.

Fronsac.

Coutras

Guienne. SEquitur ultra Garumnam & Dordonium *Guienna* reliqua Parlamenti Burdigalensis Provincia, *continens Territorium Burdigalense* atque *Diaceses, Agennensem & Condomensem* sub Præsule Burdigalensi: item *Vasatensem, Aduren sem, Aquensem*, & *Bajonensem*, sub Præsule Auscorum; cujus reliquæ 4. Diæceses nimirum *Lactoratensis, Convenensis, Consarannensis*, & *Tarbensis* una cum Metropoli *Auscorum* ad *Parlamentum Tholosanum* spectant.

Bur-

Burdigalense territorium sterilius est & mari Flumineque Garumna continetur, cujus urbs & Metropolis est Burdigala, Sedes Parlamenti (sub quo continentur *Santonia, Lemovicum, Petrocorium* & *Guienna* modo dicta) & Archiepiscopi: cui famulantur *Santoniæ, Inculismæ, Pictavis, Maleaci, Luxonii, Petrocorii, Sarlati, Tudelæ, Lemovicum, Aginni* & *Condomi* Episcopi: urbs est ampla, pulchra, amœna, potens, emporiumque Aquitaniæ opulentissimum, populo & commerciis, vini imprimis, & Hispanici panni, frequentissimum, ac binis Nundinis celebetrimum. Antiquitatum reliquiis & monimeneis spectatissimum, *aëre* tamen graviore ac insalubriore infestatur, ob maris vicinitatem: *sita* enim est non procul à mari in læva Garumnæ ripa, qui hic lato & arcuato alveo præterfluit, Portumque seu navium stationem format capacissimum: Portis clauditur 12. intusque egregie publicis ac privatis ædificiis exculta ac splendida est: Templa Collegiata numerat 2. Parochialia 12. Monasteria 17. & opulentam *S. Crucis Abbatiam*: Collegia item PP. Soc. Jesu tria & *Academiam*, cui inserviunt tria Collegia magnifica: itemque *Nosocomium* ampliſſimum; atque

Bordelois.

Bordeaux.

guenne Bordelois. atque inter Politica ædificia eminent *Arx umbraria*, olim Ducum Aquitaniæ, nunc *Parlamenti ſedes* & Cameræ Edicti, Baſilica urbis ſpatioſa: Aula mercatorum: Arces 2. & *Podium Paulini* arcis Inſtar, nunc Ducis Eſpernonii Palatium: Palatium Galieni ubi Amphitheatri reliquiæ: Palatii Tudelæ columnæ aliquot: cui ſubſtructa antiqui operis Camera in qua vinum conditur. Item extra urbem *Palatium* magnificum & Horti amœni de *Sourdis* & Area in qua *Le Ieu de maille*: ubi prope habitant Hollandi & Angli cereviſiæ coctores: uti ad Garumnam vides tabernas vinarias, & dolia innumera vini, prægustanda ſi lubet: Si Margaretis & unionibus delectaris Domicilia Portugallenſium adibis: ſi organo, adibis Cathedrale D. Andreæ Templum in quo organum opere & forma totius Galliæ ampliſſimum: Hæc de urbe pauca.

Pauliac. Paluz. Soulac Grave La Tour de Cordoan. Cætera loca ditionis Burdigalenſis hinc verſus mare & juxta Garumnam ſunt *Blanquefort, Doniſſe*, & in *territorio Medoc, Pauliac* Auſonio notus locus: *Bois de Palus* ubi vinum helvolum naſcitur melioris notæ; *l'Eſperre Saulac.* nobilis vicus ad promontorium Graviæ ſitu, juxta *Portum Verdonis*, & Salinas: è regione

gione in ipso Girundæ ostio *Pharus* e- *Borde-*
minet elegantissima scopulo sumtuosè *lois.*
instructa: *Mansio* 2. *heremitarum*, qui noctu faces accendunt ad usum navigantium: Hinc *stagnum Medulia* dulcis *Estaug*
aquæ plenum se offert, quod longum 5. *dour*
mill. & mox Arcachonis Portus, maris *Havre*
instar, sinus amplus in quem Lerius am- *d' Ar-*
nis se exonerat, qui è *Vasatis* per *Landas* *cachon.*
Burdigalensis Montem Prioratus alluit *M. Pri*
ibique Ponte transitur, ac cymbâ, ad *ore.*
viam quæ Bajonam Burdigalâ brevissima est; *Bojorum* hæc regio fuit, hodie
Principatu nobilis sub Domino *Ducis Es-* *Le pais*
pernonii: infelici habitatur solo, arenis *de*
obducto, frugum (exceptis secali & mi- *Bouch.*
lio) infœcundo, silvis vero pineis, arboribusque resinam sudantibus abundante, Crebri hinc Bajonam usque & longi Lacus & sinus Oceanum haurientes ab una, & rivos ab altera parte. Est & hic loci *tempestatum ventorumque regio*, violentorum adeo, ut montes arenosos de loco in locum vi eorum transferri scribant. ora hæc maritima ab ostio Garumnæ Bajonam 30. mill. longitudinem habet: Landæ vero Burdigalenses, à Ba- *Les*
jona Burdigalam per planitiem extensæ, *Landes*
18. mill. hæ steriles sunt & infructuosæ; melle tamen ac lacte & subere abundant:

Bordelois. dant : Porrò inferius ab his juxta Garumnam Burdigalensis ditionis opida occurrunt: *Podensac*, *Castre*, *Portais*, *Labeugles* *Prade*, *Petit Bordeaux* & pagus *Beugles* in quo Reformati Templum suum habent. Ultra vero Garumnam, inter maria duo, ut vocant : *Bec d'Ambes*, *Cypressac.* *M. forrand*, *Lormont*, *Cypressac*, abnemore propinquo Cypressis denso: *Tourne*, *Rious.* *Rious* vino celebre ; & trajectu Garumnæ *Cadillac.* *Cadillac*, opidum Ducis Espernonii amœne juxta Garumnam positum, cui adstructa *Arx* omnium magnificentissima, qualem reliqua Gallia non habet. Foris fundamentum è quadra basi durissimi lapidis surgit ad fastigiarum tectum ; sub se habens quatuor contignationes, intus sexaginta conclavibus splendidissime ornatis niret. Hortis item amœnissimis & cultissimis arridet: fontibus salientibus oblectat : sphæristerio, *Ieu de maille*, equili, aliisque plurimis rebus spectanda est maxime. & hinc introrsus *Creon*, *Sauveterre*, *Pamiers* & alia.

Vasconia Agenois. Sequitur hinc proxime *Aginnensis Diœcesis*, *Vasconiæ Pars*, uti quæ *complectitur Aginnensem*, *Armeniacam*, *Bigerrones* & *Convenas* : *Aginnensis* vero *pars est Condomensis* haberque ad Orientem

Cadur-

Cadurcos ad Meridiem *Armeniacos*, ad Occidentem *Guiennam*, & ad Septentrionem *Petrocorios*; regio est pulchra, amœna, pinguis, ac fertilis: ad utramque Garumnæ ripam extensa, aliisque fluminibus pluribus rigua. *Bordelois.*

Metropolis ejus est *Aginnum* urbs antiqua, dives & pulchra, sede Episcopatus (sub Præsule Burdigalensi) & Præfectura latissimæ Jurisdictionis illustris: situs ejus amœnus in patentibus & latissimis campis ad dextram Garumnæ ripam, Templis & Monasteriis pluribus magnifica: in primis Collegio PP. Soc. Jesu, superbe ab Regina Margareta Valesiâ, hic extructo: Antiquitatem ejus testantur, fornices, caveæ, marmorea sub terra pavimenta, vestigia aquæductuum, Amphitheatri, Pontisque super Garumna, & alia extra urbem spectanda. *Agen.* *Agenois.*

Cetera opida, cis Garumnam sita, altius sunt: *Clairmont bas* in solo pingui & Juglandium vinique divite: *La Force*, *pulcherrima Arx*, *P. Bargalone*, *Valence*: inferius. *Pons. S. Marie*, opidulum amœne situm in colle vitifero; cui subjecta planities, vineis, pratis, ac hortis discriminata. *Acilio* ducis Meduanæ opidum, ad Aigui ostium commodissime situm, omnium rerum abundans, pisces, pecudes, vinum, *Clairmont.* *Pont S. Maria* *Aiguillon.*

Gusf vinum, frumentum in copiâ ſunt; infra
ſogne. Oltum *Longeville, Coignos, Tonnius*, loca ipſa amœnitate amœniora: & *Marmande*, ultima Aginnenſis diæceſis urbs, ante cujus Portam fons Saliens, tribus æneis fiſtulis aquam ſalubrem, ejiciens: Prope
Granmonte. ad Trecam fluviolum *Prioratus Granmontii* conſpicitur.

Hæc in dextra Garumnæ ſita loca; cetera opida proxima cis Garumnam
Clerac. ſita *ad Oltum* fl. ſunt, *Clerac* opidum munitum & opulento PP. Bened. Mo-
Fongrave. naſter. clarum: *Caſtelmoron*: *Fongrave* Vicus populo frequens, nobiliſque Virg. fontis Ebraldi Cænobio: *S. Livrade*, frugum & commerciorum præpo-
Caſſeneil. tens. *Caſſeneil*, Palatium Regium Caroli Magni, in quo natus Ludovicus Pius; *Pennes* regia urbs: *Ferraſſon* & *Luſtrac*, antiquæ Luſtracenſis familiæ arces, nunc Ducis Eſpernonii, *Monſenprun*, *Ville* Prioratu opulento inſigne, *Ville neufve*
neufve. opidum cum Arce, & alia.

Agenois Condomois. Ultra Garumnam Aginnenſis diæceſis opida ſunt ſub *Metropoli fere Condomenſi* cujus Epiſcoparus Novus & ab
Condon Aginnenſi detractus: ditioque ejus peculiari nomine *Vaſconiæ* dicitur: civitas ipſa *Condomum* ampla eſt, ſed non tam frequens, amœna ac omnium rerum copia

pia affluens ut Aginnum: ager enim ejus sterilior est, quamvis urbs ipsa vitiferis collibus sit septa. Situs ejus ad Balisam fl. qui inde per Ducatum Albretanum in Garumnam exit; Aginnensi enim Provinciæ adjacet *Ducatus Albretanus*, cujus princeps opidum *Neracum* Camerà Edicti nobile inpræpingui agro situm & à Balisa amne in duo divisum: Arcem habet Splendidam Albretanorum Principum amœnum secessum: Adstructi enim Horti & Viridaria, ambulacraque, inter cypressos, lauros, granatas aliasque arbores, longe amœnissima ac ornatissima: Cetera hujus tractus opida sunt ad Balisæ ostium & Garumnam; *Paravis* Monasterium pulcherrimum Ord. Fontis Euraldi in quo virgines recipiuntur illustriorum Vasconiæ familiarum; *Monheur* opidum destructum, *Calmontium* opidum cum insigni Arce, unde Calmuntia gens nobilis nomen habuit & interius *ad Amanciam* fl. *Castelialous* antiquorum Comitum Albretanorum Sepulturæ locus; prope tres rivuli amplis satis, molas agitant pannarias, ærarias & frumentarias, piscesque habent optimos neque unquam augentur, vel extenuantur, prope *ad Gelisam* fl. *Barbaste* occurrit opidum Albretanum, ubi *rarum* adifi-

cogne. *Aibret* *Nerac.* *Para-vis.* *Cau-mon.* *Castel-jalous.* *Bar-baste.*

Guaſcogne. *ædificium* quatuor turribus conſtans: & *Pons* ſuper flumen lspideus octo arcubus eleganter incumbens: altius eſt *Solx*, *S. Amand*, & ad Loſſam fl. *Monteſquiou*, *Ferenſac*, *Gaudin*; ad Baliſam altius *Valence*, *Brune*, *Mirande*, & alia.

Sequitur hinc meridiem verſus *Armagnac.* *Armeniacus Principatus* duas *complectens* *Eſtiac.* *Diœceſes*, *Auſciorum* ſcil. & *Lactoratenſem*, & *Comitatum Eſtracenſem*, in ampla planitie, quam Egircius amnis percurrit, ſitum. *Metropolis ejus Auguſta Auchs* *Auſciorum* ad Egircium fl. ſita, & opulentiſſimo fere Galliæ totius Archiepiſcopatu nobiliſſima, olim totius Novempopuloniæ (quæ nunc Vaſconia) caput, partim Regem hodie, partem Præſulem Dominum habet, multaque antiquitatum oſtentat monumenta. Templum Cathedrale D. Virg. continet pulcherrimum, & ſtructura Superbum: Collegium item PP. Soc. Jeſu magnificum. Imperium habet Præſul ejus in Diœceſes decem nimirum *Lactoratenſem*, *Convenenſem*, *S. Bertrandi*, *Conſaranenſem*, *Tarbenſem*: ſub Tholoſano Parlamento una cum Metropoli ſortitas; *Luſcarienſem* & *Oloronenſem* ſub Parlamento Bearnenſi: & *Vaſatenſem*, *Aduренſem*, *Aquenſem*, & *Bajonenſem*, ſub Par-

Parlamento Burdigalensi positas in Guiennæ ditione, quas omnes ordine breviter referam, incipiendo ab 4. postremis, Burdigalensi Parlamento (de cujus ditionibus hic agimus) subjectis. *Guienne.*

Et quidem *Vasatensis Burdigalæ proxi* 1. *Bazadois.*
ma utramque Garumnæ ripam occupat, & juxta Albretanum Ducatum, Landasque Burdigalenses procurrit, *ejus Civitas* Episcopalis est *Cossio Vasatum*, *Basas.* parva sed antiqua & nobilis ortu Ausonii: sita loco arenoso ad Cironem fluviolum percis & lupis plenum, ad quem alius *Pons Bauliacus* unius arcus pulcherrimi, & inde inferius *usestæ.* Arx superba ab Clemente V. Pont. structa, ante cujus Portam Templum continens Pontificis dicti & duorum Cardinalium ex pretioso marmore Sepulchra: cetera opida huc spectantia ultra Garumnam sunt: *S. Basile*, *La Reole* Prioratu opulento clarum, situque, in monte juxta Garumnam, amœnum; prope vallis est per quam rivi duo *Mosa* & *Mosella* fluunt; *S. Macaire*, & *S. Croix* Basilica, subter quam Collis testaceus admirandus, & prope elegans ædificium Monti instructum, hæredum Dom. d'Ancre consiliarii Burdigalensis, & circum illud ambulacra amœna ac spatiosa: hinc rursus cis Garumnam

Villendrandi. *Vsestæ.* *S. Basile.* *La Reole.* *S. Croix.*

Guienne. prope *Ciri* fl. ostium *Alingonis Portus* cum Arce Ducis Espernonii: cujus ager *Langon* vini generosi ferax: altiusque *Roquetaillade, Castels, Aillas*, & interius *Castelnou, Capeuis* & alia.

2. *Adurois.* Sequitur hanc proxime *inter landas Burdigalenses, Auschios & Bearnenses Adurensis Diœcesis*, quam Atyrus & Midovus irrigant: Princeps urbs *Adurum* in læva Atyri fl. ripâ sita, ad quam inferius sita opida spectat *Caseres*: *S Iean de la Castelle* Abbatia, *Granada*. *Tholosette*, *S. Severe*, *Calossæ*, *regionis* caput, & Vasconiæ, *Abbatiam* habens ab Guiennæ Duce fundatam, & 4. ampla & Suburbia: item rudera antiqui Cæsaris Castri, quod Amphitheatrum repræsentasse putatur: Ager ejus versus Tholosettam vina producit alba optimæ notæ, quæ *Tossan.* *Calossea* vocant, à loco: Item ad Midovum fl. *Hangast*, *Montmarsan*, & ad Stamponem *Camens, Roquehort, Casambone, Bastide*: & alia.

Aire.

S. Severe.

3. *d'Acqs.* Inferius Atyrus *Aquensem perluit Diœcesin*, cujus civitas Episcopalis *Aquæ Tarbellicæ*, formâ quadrata, parva at benè munita, egregioque Ponte lapideo super fl. Atyrum conspicua. Veruſtatem in mœnibus ostentat, & balneorum (quibus olim celeberrima fuit) ruderibus mar-

marmoreis: estque hodie in media urbe *Fons* perpetuo fervens, aquarumque copiam in Atyrum emittens: & alter prope mœnia *Eons salsus*: Tum 1. ab urbe mill. *Balnea Tercia*, ob salubritatem infrequenti usu: cetera hujus Diœcesis opida præcipua sunt, ad Atyrum *Auros Pius S. Poy* ad Dusam sive Midovum *Tartas*, *Sauprose*: ad Lusum fl. *Hoyeina*: *Monthoit*: ad Gavum *Petra forata* & *Sordes*, municipium satis populosum. *Guienne.* *Tercia.* *Sordes.*

Hinc inferius Atyrus *Bajonensem*, ultimam Parlamenti Burdigalensis *regionem* humectat, quæ una cum Aquensi *Lapurdia* nomine celebratur: inter landas Burdigalenses, Oceanum & Hispaniæ, Bearnique fines inclusæ: Urbs hic Episcopalis, est *Bajona*, emporium opulentum, non procul à mari in Atyri ripa læva situm; qui fluvius ibi Pontem lapideum habet eximium, & Navium statione vicina, conspicuum, munitissima urbs est, & propugnaculum hac parte: Galliæ, quam nemo armatus ingredi potest nisi è regio sanguine ortus, ceteri arma deponere coguntur: perluit eam Nivus amnis, dividitque, sed duobus Pontibus lapideis rursus conjungitur: ad oceanum versus septentrionem habet *La Baronnie de Benne* & loca ali- *Le pais de Lapord.* *4. Bajona.*

Bearn. quot: & meridiem versus *S. Iean de Luz:*
S. Iean de Luz opidum limitaneum ad Hispaniæ fines & egregie munitum: altius ad Atyrum *La Honce, Vrt*, Ad Urdacarim fl. *Ascain: Sara, Anoa.* Ad Nivam *Eustaris, Cambo, Eustarus, Echaur, Orces.* Ad Biduſam *S. Palais, Camo, Bidache, S. Iean deschart, Guissen* & alia.

Bearn. SEquitur hinc proxime *Bearnia Principatus*, contigua ceteris partibus Navarræ ac Bigorriæ: admirandi genii regio, in qua vix pagus cui nihil sit singulare; Vinum fert optimæ notæ, omniumque rerum abundans est; balneis vero salubribus mire felix, ac aëre gaudet adeò temperato ac Salubri, ut homines hic sint maxime vivaces, ac communiter 150. annos vivant. Duas continet civitates *Episcopales*, sub Præsule Auſciorum, & 30. municipia, pagos &
1. *Pau.* *Metropolis est Castrum Palum, sedes Parlamenti* & Principis, sita loco plano ac amœno ad Gavum Bearnensem: Templis & Collegio PP. Soc. Jesu magnifica. Arce & Palatio Regio (in quo natus Henric. 4.) superba, & hortis juxta illud omnium cultissimis, & vivario ac ambulacrorum copia, amœnissimis gratiosa.

Luescar. Prope abest *Lascurra* sedes olim Principum, nunc Episcopi: item ad Gavum altius

altius *Nay* opidum pulchrum & com- *Bearn.*
merciis frequens: & dein *Corraiſe*, Arx *Corrai-*
Henrici 4. educatione nobiliſſima: infra *ſe.*
vero Palum, ad Gravum, occurrit *Orthes* *Orthes.*
urbs *Academia* illuſtris, & Principū Bearniæ comitumq; Fuxenſium olim ſedes: Pontem habens eximium quo Suburbiū ultra Gavum ſitum urbi connectitur.

Altera *urbs Epiſcopalis eſt Olerona*, loco 2. *Ole-*
edito ad alterum Gavum, ab ea cogno- *ron.*
minatum, & Aſpeum confluentes ſita, quorum utriusque Pontes ſuburbia cum urbe conjungunt. Cetera opida ad Gavum hinc *inferius* ſunt *Navarrinum* opi- *Navar-*
dum munitum & Ponte lapideo orna- *rus.*
tum; *Sauveterre* opidum cum Arce vereri & collapſa, & *Baſtide*. *Altius* ſupra Oleronam ſunt *Arudy*, *Forum Majus* hujus *Arudy*
regionis audiens; *Biela*, magnificum Tem *Biela.*
plo marmoreo & columnis ex jaſpide; ac nobile conventu cætus generalis incolarum hujus vallis. *Aigues caudes* ubi fontes ſulphurei: *Gabas* Hoſpitale ad u- *Gabas*
ſum viatorum & peregrinantium. hic commode ſtructum, & proxime ad Aſpeum fl. *N. D. de Sarance* Baſilica votis & miraculis illuſtris: *Pene deſcot* ubi via per *Pene*
rupes à Julio Cæſare patefacta, uti inſcri- *deſcot.*
ptio notat. *Lurbe* in arcto ſed longo (7 *Lurbe.*
mill.) campo ſitū; cetera opida ſunt *Salies*,

Bearn. *Belloc, Molins, Seoube, Gan, Aſcon, Pontac, Morlas, Montenais, S. Iean Pouge, Lambege, Conches*, & alia.

1. Bigorxe. Sequitur hinc proxime *Tarbenſis Diœceſis*, una cum *Confarannenſi, Convenenſi S. Bertrandi.* & *Lactoratenſi*, atque Metropoli ſua *Auguſta Auſciorum*, ad *Parlamentum Tholoſanum* ſpectante; hodie *Bigorra* dicitur, Comitatusque titulo inſignis eſt, ſita inter Bearnenſes Armeniacos & Pyrenæos: regio varia, nam qua declinat ad Atyrum fl. inter fertiliora Guiennæ loca cenſeri poteſt; qua vero attollitur, ſolo arenoſo eſt & pene ſterili: aëreque ſtrigido ac ventoſo: Civitas ejus Epiſcopalis eſt *Tarbea*, quam Atyrus fl. diviſus in plures canales, in totidem partes ſecat, quæ ſingulæ ſuas habent Portas, Pontes & mœnia, prout ſucceſſu temporis aucta fuit: Reliqua opida ad Atyrum ſunt *Campan*, butyro & melle abundans, *Bagueres* ab calidis (quibus gaudet) thermis nomen habens, quales hoc tractu plurimæ & ſaluberrimæ: pandit ſe ab hoc opido planities juxta Atyrum longiſſima & omnium amœniſſima denſeque habitata: onuſta meſſibus: obducta pratis vineisque elevatis, irrigata rivis, & obumbrata ſilvis: inferius ſequuntur *Viede*, *Plaiſance*. Ad

2. Tarbe.

Bagueres.

Liſſam

liſſam *Monbourget*, *Rabaſtins*, *Tornay*, ad *Guaſcogne.*
Coſſam *Tery* & alia.

Succedit huic juxta Pyrenæos *Coſaranenſis* ſive *Convenenſis diœceſis ſuperior*. Comitatus Coſaranenſis vulgo audiens, frumenti, vini, olei & aliarum rerum copia affluens. Epiſcopalis ejus Civitas eſt *S. Bertrand*, ſita ad Garumnam in valle Capraria, ex ruinis Lugduni Convenarum urbis ut creditur ſtructa: vetuſtatem & Splendorem ejus ſatis teſtantur monumenta & epigraphæ, quæ ibi plurima. *Conſeranna* altera civitas Epiſcopalis valde antiqua, ab Salato fl. (è ſalſis fontibus fluente) dividitur, Ponteque lapideo rurſus jungitur, ejus medium Turris firma, imum Saccellum D. Virg. ſacrum occupat. Cætera opida ad Salatum fl. ſunt *S. Girons*, *S Leger* in planitie ſitum: ad Garumnam *S. Beat*, *Fronſac*, *Monregeau*, *Valentin*, *S. Gaudens* Vice-comitatus Nobo-ſani & Regii Prætorii ſedes, *Muret* & alia.

Caſeranſ.

2. *S. Bertrand.*

3. *Conſerans.*

S. Leger.

S Gaudens.

Muret

Hinc verſus ſeptentrionem; *inter Armeniacos*, *Gavrenſes* & *Tarbenſes*, continuatur *Convenenſis Diœceſis inferior*, *Comitatus* quoque titulo nobilis & Savo fl. irrigua, cujus *Civitas* Epiſcopalis *Lombres* ſub Præſule Tholoſano ad Savum

Comingeois.

Lombres.

Guascogne. posita, partim vinetis, partim fertilibus frumenti arvis & pascuis cincta: cetera opida huc spectantia, ad Savum sita, sunt *Insula Dodonis* edito loco situm, opidum, *Samathan*, in profunda valle positum. Savus perluit, habetque in edito loco ac prærupto arcem munitumque est insuper muris & propugnaculis: item *Riume*, *Sauveterre*, *Savignac* & alia.

Dodon Samathan.

Auscheis. Adjacent huic *Diœceses Auschensis*, & *Lactoratensis* Gersio amne & aliis irriguæ: illius Metropolis supra descripta ad quam spectat *Miranda* ad fontem Baliæ fl. urbs *Comitatus Estracensis* præcipua, & inferius *Brune*, & ad Girsium fl. *Castelnau des Barbarins*, locus munitus & difficillimi aditus, item *Pavy*, *Roquelaure*, & ad Gimonam, *Gimont* partim in clivo prærupto, partim in planitie positum: item ad Rasum amnem *Mauvais Voisin* & alia.

Castelnau.

Gimont

4. Lectoure. Inferius ad Egircium fl. *Lactoratensis* succedit *Diœcesis* ad Garumnam usq; extensa: civitas ejus Episcopalis *Lactoratum*, Principatus Armeniaci caput, ad Gircium fl. in montis vertice sita est: eo modo ut non nisi unicus ad eam sit aditus; Arcem habet à Romanis conditam; triplicique muro, fossis & propugnaculis adeo est munita, ut expugnari vix

vix possit : cetera opida huc spectantia sunt *Estahort*, *Sauveterre*, *Avessen* & *Verdun* juxta Garumnam, & ibidem *S. Beneist* Monasterium opulentum, & alia. *Gnascogne.* *S. Beneist.*

Hæc de Burdigalensis Parlamenti Territoriis & Guienna ac Vasconia, Provinciis amplis.

Atqui notatu dignum, quod in plerisque Vasconiæ ditionibus maxime apud Armeniacos, Bigerrones & Bearnenses, homines utriusque sexus sint lepra quadam infecti, qui *Capotz* vel *Gahetz* appellantur, & fere sunt fabri lignarii & vietores, aliisque mechanicis artibus occupati, laborisque patientissimi & injuriarum : habentur siquidem pro servis, & in diem diurno vivunt labore, pauperes semper, nam si quis ditior, Liberos non habet hæredes, nisi mobilium, quæ omnes tanquam certam luem aversantur : omnium enim halitus & os grave olet, creduntur que alios inficere, ideo interdictæ iis civitates & opida, coguntur que incolere suburbia & loca remotiora, atque in templis assignatæ iis suæ stationes ; in facie & actionibus eorum quippiam apparet quod eos contemtui & detestationi obnoxios facit, quamvis fæmineus sexus liberali satis forma sit : maledictionis puratur *capotz*

Languedoc. genus, quod à majoribus in posteros manifeste derivatur.

Languedoc. SEquitur *Languedocia* omnium Galliæ ampliſſima & nobiliſſima Provincia, quippe quæ ab Garumnæ fontibus juxta Apenninos & mare Mediterraneum ad Rhodanum uſque porrigitur, confinesque introrſus habet *Forenſes*, *Arvernos* & *Cadurcos*: regio eſt haud dubiè inter Galliæ Provincias glebæ pinguedine & omnium frugum feracitate eminens; licet non nullis locis occurrant terræ ſæ. ſætæ & arenoſæ prope *Pezenas* & *Nemauſum*: ubi tamen oleum provenit optimum.

Tholouze. Metropolis ejus *Tholoſa* urbs ampliſſima & antiquiſſima, ab Romanis olim Capitolio & Amphitheatro dignata: & dein Gothorum Regum ſedes: hodie Archiepiſcopatu & Parlamento amplæ Juriſdictionis nobilis: Parlamento enim ejus ſubſunt *Tres Archiepiſcopatus* & *Dioceſes* ſub iis 28. de quorum primo Auſciorum ſcil. Archiepiſcopatu, & 4 ejus Dioceſibus ſub Parlamento Tholoſano ſortitis, modo dixi: *Proximus* ei Archiepiſcopatus eſt *Tholoſanus* cui famulantur *Epiſcopatus* 7. *Tertius Narbonenſis* ad quem ſpectant Epiſcopi 9. præter quas & ſub Parlamento hoc ſunt Ditiones

ſive

sive *Diœceses* 7. Præsuli Biturricensi sub- *Lan-*
jectæ; & una Præsuli Viennensi: quas *guedoc.*
omnes suo loco referam. Et quidem ad *Tolos*
Præsulem Tholosanum spectant *Episcopa-* *ze.*
tus novi ex monasteriis detracti 7. nem-
pe *Rivensis*, *Apamiensis*, *Mirapicensis*,
S. Papuli, *Vaurensis*, *Montalbanensis*, &
Lombariensis, ex Lombariensis monaste-
rio, cis Garumnam, juxta Savum am-
nem sita, de qua, & sub *Vasconia* egimus.

Cæterum *Tholosa*, post Lutetiam, Gal-
liæ urbs maxima est: ac si multitudinem
ac pulchritudinem sacrarum ædium,
Senatus post Parisiensem primarii dig-
nitatem, Academiæ frequentiam, ci-
vium opes, & ædificiorum splendorem
spectes, aut par aut paulo inferior erit:
perluit eam Garumna cursu rapido, ur-
bem faciens geminam, quarum major
Languedociæ, minor Vasconiæ portio
est: *Templum D. Stephani* Cathedrale
vastum & bene structum est, in Cujus
Turri Campana totius forte Europæ
maxima: cui adstructæ Archiepiscopi
ædes magnificæ, *Templum S. Saturnini*
Collegiale, intus ita structum, ut super-
ne defendi, nec expugnari possit: in eo
6. Apostolorum corpora humata: evo-
mitque ejus terra corpora defunctorum
profanorum: *Cordigerorum ædes* habet

Languedoc. *hypogæum* arcuatum, in quo cadavera (interque cetera Polæ Virg. pulcherrimæ) erecta & integra, ac putredinem interitumque neſcia, ſpectantur. Templum *S. Auguſtini* commendabile eſt à ſepulturis Guiennæ Principum & P. Fabri Periſtylia ejus ampla ſunt, columnis undique marmoreis fulta: *PP. Soc. Jeſu* amplum & inſigne occupant Collegium: *Academia* à ſtudio juris clara eſt, cujus duo ſuperſunt Collegia mille & pluribus auditoribus locum facientia.

Inter Politica ædificia *Parlamentum* ſuperbum eſt & amplum, eo loco quo olim *Capitolium* fuit ſitum: *Baſilica* urbis Capitolii fert nomen & præmagnifica eſt novaque: *Armamentarium* oſtentat Ludovicum 13. equo inſidentem cum inſcriptione. *Pons* Garumnæ inſtructus urbes connectit, & peditibus viam facit, non equitibus, nedum curribus, ligneus eſt in parte & ſaxeus, tectus ſuperiore parte clavisque ferreis cumbinatus: Eſt & Molendinum in flumine ſtructum quod *Baſcle* vocant, adeo artificioſe compoſitum ædificium, (15. Hydromylas continens,) ut inter tria Tholoſana miracula recenſeatur; quorum cetera ſunt Saturnini Templum & Virgo Pola: Eſt & Pons Novus lapideus egregie ſtructus.

Porro

Porro *plateæ* urbis longæ sunt, & mediocriter latæ, puritate commendabiles, *munimenta, muris* è lateribus multiplex, *fossæ* item & *aggeres*; & ipse *Garumna*, qui & 40. pluresque ante mœnia frumentarias molas circumagit: & salutarem incolis potum præstat: omnisque generis merces Burdigalam usque devehit: item varii generis numerosam piscium Sobolem & fluminearum alitum dites cupedias sacello subministrat: ambiuntq; eum vitiferi colles perpetui; urbem, lata lætaque planities fertilissima, Benarris & ortolans producens, regiis mensis inservientes aviculas: Hæc de urbe. *Languedoc.*

Cis Garumnam proxime ei subjacet *Comitatus Gavrensis* cujus præcipuum oppidum *Granatum* in læva Garumnæ ripa positum, qui in vicina Savi fl. (cujus & ripæ fertiles sunt) aquas excipit: & altius ad Savum *Insula Iordana* in edito loco situm, validumque olim protestantium præsidium, item *Pibrac*, *Merville* & alia. *Vltra Garumnam sex Diœceses* Episcopales Tholosam cingunt: quarum prima *Rivensis* inter Garumnam & Aurigeram sita, cujus civitas *Rioterium*, sita ad Rhezam Garumnæ se commiscentem, exigua est habetq; sub se *Caseres*, ad Garumnam *Meyrac*, *Garlat* ad Rhezam: *Gavre Conte. Grenade. l'Isle jordain* 1. *Rieux.*

Lan-guedoc. *Mosac. S. Suplice*; *La Barte*, & alia, ad Aurigeram.

La Barte. Sequitur hanc versus Meridiem *Fu-*

Foix. *xensis Ducatus.* 2. continens *urbes Epis-*

Duche *copales*, *Apamiam* scil. & *Mirapincum*; & præterea plurimas *res rariores*: uti sunt: *Montes* pascuis lætos, ac marmore & Jaspide dites: *Fontes* salubres & ex alto scaturientes: *Valles* fertiles, *præcipitia* horrenda: & *Lacum* in Monte Tabor prope fontes Aurigeræ, cujus aquæ, frigidæ, pellucidæ & piscibus plenæ: & si in eum projeceris lapidem, tempestates excitabuntur & tonitrua: item est hic *fluvius Rhesus* sub montem decurrens: *Lertius fons* Junio, Julio, Augusto mensibus, singulis semi horis fluens & aresc-

2. Pan-riers. cens: & alia: Porro *Apamia* urbs Episcopatu nobilis, sita est ad *Aurigeram*, fæcundis undique collibus cincta, *Al-*

Foix. *tius* ad id[illegible] flumen sunt *Fuxum* Metropolis Ducatus & Præfecturæ judicialis sedes. prope introrsus abjacet Basilica

M. gaillard. *Montis Gaudii* ab Carolo Magno fundata: *Tarascon*, dein ad Aurigeram sequitur, opidum non ignobile, & *Aix.* ad Rhesam *Durban*, *Castelnau*, *Mas d'Azil.* *Altera urbs Episcopalis* hujus Ducatus

3 Mirepoix. *Mirapincum*, sita est ad Lertium amnem, estque Comitatus titulo insignis; altius

vero

vero ad Lertium sunt, *La Garde*, *Caumont*, *Le Peirou*, *Bellestat*: inferius *Masères* in planitie sita, Comitum ob vicini agri amœnitatem sedes, uti & *Saverdun* ad Aurigeram prope fines Rivenses situm opidum, Comitibus secessus fuit amœnus. *Languedoc.* *Masères.* *Saverdun.*

Porro Fuxensi Ducatui septentrionem versus succedit *Lauracense Territorium*, cujus *caput Castrum Arry* opidum satis vastum, populoque affluens, & munitum, ad Hercii fl. fontes situm, frequentibus circundatum molendinis: ædibus structum ligneis desuper despicientibus & angusto spatio sibi oppositis, ut calorem solis à via desuper arceant. Urbs Episcopalis hujus Diœcesis est *S. Papoul*, non procul inde, ad Hicium fl. qui Ataci aquas suas confert, situm: cætera opida sunt *Laurolium* altius situm: item inferius ad viam Tolosam, *Ville Franche*, *Ville Nouvelle*, *Montiscart*, in monte positum à quo planities spatiosa vino frumentoque culta, ad urbem usque interjacent *Donneville*, *Cadenet*, *S. Agneis*: ad Gironem fl. *S. Felix*, *Cabagnac*, *Carmain* Com. caput, *Lanta* & versus Gudum fl. *Revel*, *Peuch Laurent* & alia. *l'Auragnez.* *Castelnau. d'Arry.* 4. *S. Papoul* *l'Aurol.* *Montiscard.* *Carmanc.*

Proxime ad *Gudum* amnem succedit *Vaur.* 5. *Vaur.*

Lan-guedoc *Vaurenſis Diœceſis* cujus caput *Vaurum*, urbs Epiſcopalis ad Gudum fl. ſita cætera ejus opida inferius ad Gudum ſunt *S. Suplice*, *S. Leo* & ad Tarnim *Rupiſtagnum* opidum opulentum & vino generoſo celebre, *Villemur* Gothiæ opidũ & alia.

Raba-ſans

5. Mon tauban Sequitur inferius ultima Tholoſani Archiepiſcopi Diœceſis *Montalbanenſis*, cujus civitas *Montalbanum* munita, dives & populoſa, amœne ad Tarnim *in Edito colle* poſita & in tria opida diviſa, *Vetus* ſcil. ad fl. *Novum* verſus Cadurcum, quod cingit Vetus; & *Borbonium*, quod Veteri egregio Ponte connectitur, ſuitq; olim Suburbium S. Jacobi: *Academiam* haber illuſtrem, gaudetque cœlo ac aëre temperato ac tabidis ſalubberrimo, Fonte item mirandæ ſcaturginis, decẽ protendente epiſtomia; ager ejus fertiliſſimus, ipſeq; collis, cui urbs inſidet, vitifer. Cætera ejus opida fere inter Tarnim & Garumnam ſita ſunt: *Brezolles Monbaſou, Cannac, Moulay, Ville Dieu, Caſtellum Saracenũ* in declivi loco ſitum, ſed bene munitum cui ultra Tarnim reſpondet *Moſſiacum*.

Caſtel Sara-zin.

Hæc de Diœceſibus Metropolitano Tholoſano ſubjectis: ſequuntur jam ſeptẽ *Metropolitanum Bituricenſem* Spectantes: harũ proxima eſt *Cadurcenſis*: regio ampla & *Turni*, *Dordonio* ac *Olio*, fluviis magnis, irri-

Quer-cii.

irrigua: non modo frumenta sed & vina *Lan-*
præstantissima producens: amnes ejus *guedoc.*
piscosi, præsertim Tarnus: est & armen-
torum copia, lignique cædui atque car-
bonum fossilium abundantia: civitas ejus
est *Cadurcũ*, cujus Episcopus & Tempo- *1. Ca-*
ralis diœcesis Dominus est, urbs ampla *hors.*
est at non dense habitata, *Academia* tamẽ
& Collegio PP. Soc. Jesu clara: situs ejus
amœnus ad oltũfl. qui eam fere circuit &
tribus Pontibus lapideis transitur: Anti-
quitatem ejus testantur *Amphitheatri* di-
midii rudera integra: thermarum formæ
& alia monumenta. *Fons* extra urbem,
Carthusianorum, olim Ausonii Divonam
fuisse putant: urbemq; ipsam antiquitus
Divonã vocarã: Cetera opida *ad oltum* sũt
uxellodunum hodie *Cadenac*: juxta aliquos *Cade-*
vero *le Puy d'yssodum* uxellodunum fuisse *nac.*
verius est, prope *Martel* opidũ & Dordo *Mar-*
nium fl. situm: item *Frontenac, Balaguer,* *tel:*
Camboulan, S. Cirq, & infra Cadurcũ *Lu-*
sez & *Puis Levesq*; ad Dordonium *Caren-*
nac. Floirac, Souillac, Calviac, ad Bergalonã
Lausette rupi insitum, caveas totius Gui- *Lau-*
ennæ habens optimas: ad *Tarnum la Fran-* *sette.*
coise, S. Livrade, Moissac, opidum plateis *Moi-*
laris & belle pavitis nitidum; opulenta *sac.*
PP. Ord. S. Bened. Abbatia nobile: Sub-
urbiis amœnis, magnificum, & negotia-

tionl-

Languedoc. tionibus frugum, vini, olei, croci, salis, piscium, lanæ, opulentum ac frequens, ad Averionem fl *Bourniquet*, opidulum cum Castro in rupe. *Negrepelisse* opidum *Negrepelisse.* nuper rectis plateis elegans & optime structum, sed bellis postremis miserè destructum: & alia.

2. *Rovergne.* *Caduncenses* orientem versus sequitur *Ruthenorum Diœcesis* Præsuli quoque Bituricensi subdita; montensis aspera & sterilior, sed argenti, jantini, cupri & arcenici fodinis nobilis, dein monte ignivomo, Cavernis, cryptis & barathris ad- *Rhodes* miranda. civitas ejus est *Ruthena* ad Averionem fl, in colle sita; altissimâ & octogona Turri superba: unde hic vulgus ait, *Turris* Ruthenæ, *Ecclesia* Albæ Augustæ, & *Campana* Mimatis. uti tria singularia: spectanda quoque hæc urbs Collegio PP. Soc. Jesu, & aliis; dividitur in *Civitatem*, cujus Dominus est Episcopus, & *Burgum*, qui olim Comitum fuit.

Ville Franche. Cetera hujus Diœceseos opida sunt *Villa Franca*, inferius ad Averionem sita & sede Præsidiali, ac PP. Soc. Jesu Collegio spectanda, & altius *Rignac.* & prope versus oltum fl. *Espelac*, *Albin*, *Conques*, *Massillac*, & ad Oltum ipsum *Estanig*, *Ispalon*, *S. Benie* & Biaurum. *S. Anto-*

Antonii opidum in monte præcipiti po- *Lan-*
situm *Sanveterre, S. Iuſt*, & alia. *guedoc.*

Ultra Biaurum fluvium meridiem *S. An-*
verſus ſequitur *Albigentium Diœceſis* ſub *tonis.*
Præſule quoque Bituricenſi pertinens; *3. Al-*
uti & quatuor hinc ſubſequentes *Caſtren- bigeois.*
ſis, Vabrenſis, Gabalorum & Velaunorum:
cererum *Albenſis regio* ampla eſt quoque,
ut Ruthena, ſed hæc (Tarno irrigua)
non modo frumenti, vini fructuumque
ſed & croci feraciſſima eſt, civitas ejus
Alba Auguſta antiquiſſima eſt, Epiſco- *Albii.*
patu inter cæteros opulento. & mirabili
æde eccleſiæ Virginis magnifica, illu-
ſtris quoque Collegio PP. Soc. Jeſu & a-
mœno ad Tarnim ſitu, cetera ejus opida
ad Tarnim, inferius *Galliacum* mercimo- *gaillac*
niis & vinis optimis dives opidum: *l'Iſle*
ad Dolonem, *Realmont, Paulin*, & alia.

Succedit huic meridiem verſus juxta
Gudum fl. *Caſtrenſis Diœceſis* ex Albien- *4. Ca-*
ſi decerptus cujus civitas *Caſtra* ad Gu- *ſtres.*
dum fl. poſita, cui in læva Gudi ripa ob-
jacet *Villa* urbi hodie unita: illuſtris hæc
urbs eſt Conſilio extraordinario, quod
Lachambre mipartie vocant, pari numero
conſtans; coram quibus cauſæ religionis
Adſeſſorum utriusque Religionis com-
ponuntur & inſtruuntur: quale Conſi-
lium quoque *Neraci* eſt & *Gratianopoli*:

Porro

Languedoc. Porro ager hujus urbis fertilissimus est, habetque vicinam vallem omnis generis frugum feracissimam, quam ab opido vicino *Mazametanam* dicunt: cetera hujus ditionis opida inferius sunt *Mazamete. Pralz. Fregerville* & altius ad Gudū *Angles Caune* &c.

5. *Vabre* Hinc rursus septentrionem versus & Tarnim fl. sequitur *Vabrensis Diœcesis*; ex Ruthenensi defalcata cujus *urbs Episcopalis Vabrum*, ad Sernolium fl. Tarnim inde petentem sita; cujus cetera opida sunt *S. Africq* & *Sourizy* inferius *S. Privat* & *S. Benoist* altius occurrentia: item ad *Millau* Tarnim *Milialdum* opidum satis amplū & bene situm, nam Pons ejus Tarni instructus, frequenti transitu commodus.

6. *Givaudan.* Adjacet huic Orientem versus *Gabalorum Diœcesis* cujus ager (uti & Velaunorum ei contiguus,) secale tantum & legumina fert abunde, quæ incolarum unicæ opes, nisi quod & lacte caseisque abundent, quæ cum Vicinorum vinis *Mende* commutant: Hujus Merropolis est *Mimate*, ad oltum fl. sita in *Montibus Sebennicis* castanearum feracibus: campanam habet celeberrimam: cetera ejus opida ad Oltum altius *Baignols* inferius *Canourge*; ad Tarnim. *S. Heremie* ad Coulornam *Monredon*: ad Elaverum *Langougne, Pradelles* & alia.

Sequi-

Sequitur hanc Septentrionem versus *Velaunorum Diœcesis*, septima & postrema earum quas Metropolitano Bituricensi, subjectas esse diximus: cujus Civitas est *Podium* sive *Avicium*, ad Ligerim posita, qui hic primo transitur Ponte Lapideo, urbs præclara, opulenta ac mercimoniis frequens, Ecclesiâ D. Virg. & Collegio PP. Soc. Jesu magnifica. Cetera huc spectantia opida inferius sita sunt *Effigieux, Ministrol: S. Ferret, Firminiæ, Rochetaille* & versus Rhodanum *Le Bourg d'Argentac, S. Iory d'audance* & alia. *Lan-guedoc* 7. *Velay.* *Le Puy*

Succedit huic juxta Rodanum & Delphinatum *Vivariensis Diœcesis* Præsulem agnoscens *Viennensem*; in longitudinem circiter 20. mill. ad *Pontem S. Spiritus* usq; protensa, in montes collesque assurgens, plurimisque opidis habitata: ager ejus juxta Rodani ripam fertilis, & omnibus rebus abundans, collesque & montes incolarum industria culti & amœni. Civitas ejus Episcopalis *Vivarium*, olim imperialis, unde & hodie legibus utitur imperii, sita est ad Rhodanum & Achassiam confluentes, divisaque in *Superiorem* rupi impositam, & *inferiorem*: cetera ejus opida *altius* juxta Rhodanum sita sunt *Teil* in opposita Achassiæ fl. ripa, & *Aps* altius ad idem fl. & ad Erielem amnem *Pri-* *Viva-rais.* 7. *Vivers*

Lan-guedoc *Privas* loco amœno ſitum: *Pouſin, Bais, ſur bais*, *La Volte* ad Rhodanum Comi-
La Vol-te. tatus titulo nobile opidum Ducis de *Vantadour*, qui eo nomine ſeſſionem ha-
bet inter Languedociæ Ordines. *Cher-*
Sojon. *mes* Caſtrum, tum *Sojon* è regione Va-
lentiæ ſitum, opidum Ducis Uceric
Principatus titulo illuſtris; *Arcem* h
bens pro Principe, *Abbatiam* pro Vi
ginibus: *Parochiam* pro Catholicis, &
Tour-non. *Templum* pro Reformatis: hinc *Turno-*
nium ſequitur, comitatus titulo nobile
& Collegio PP. Soc. Jeſu magnifcen-
tiſſimo, illuſtre opidum. ac Arce rup
impoſita fanum, ſitus ejus amœniſſi-
mus ad Dulcem Rhodano confluentem
dulci fl. inſtructus Pons ſolidiſsimus
unius arcus & artificioſæ ſtructuræ: al-
tius ad Dulcem ſunt *Bonceu*, *Burgus* &
Caſtrum Matrum ſub Parochia & Prio-
ratu Ord. Bened. altius vero ad Rhoda-
num & Caniſam fl, Domæ confluentem
Anno-nay. *Annonia* opidum Ducis Vantadour Mar-
chionarus dignitate clarum: inde *Andau-*
ce Cevenes & alia: hæc altius.

Infra Vivarium urbem ad Rodanum occurrit *S. Andioc. Le bouig* tum ad *Ar-*
deſcham fl. & Rhodam confluentes Fa-
Pons S. *num S. Spiritus.* Ultimum Vivarien-
Eſprit. ditionis opidum, loco plano fertili
amœ

mœno ſitum, validaque Arce muni- *Lan-*
tum. Pons Rhodano inſtructus tranſi- *guedet.*
tum dat in Delfinatum & Provinciam,
utraque primos totius Europæ habe-
tur ex lapide vivo ab Romanis artifi-
cioſiſsime ad normam ſtructus, longus
1200. latus 15. pedes, arcubus incum-
bens majoribus 19. & minoribus ſep-
tem, altius hinc ac *Ardeſcham fl.* occur-
runt *Iouese*, Ducatu & Patriciatus digni- *Iojuſe.*
tate Guiſii nobile opidum, *Ville ſor,*
Mourſat, *Aubenas*, Alba olim Helvio- *Aube-*
rum, nobilis hodie PP. Soci Jeſu, illu- *nas.*
ſtri Collegio *Mirebel*, Arx firma rupi im-
poſita, ita ut unicus ad eam ſit acceſſus,
Monpeſat & alia.

Sequitur hinc *Languedociæ flos*, & re- *Nar-*
gio Narbonenſis omnium amœnſsima ac *bonnois*
fertiliſsima, juxta mare Mediterraneum
& flumina in illud deſcendentia porre-
cta: ejus *Metropolis Narbona*, ſub ſe *com-*
plectens ab Atace fl. uſque ad Rhodanum
novem *Epiſcopatus*; nimirum *Aletenſem*,
Carcaſſonenſem, *S. Pontii Tomerianum*
Beterrenſem, *Agatenſem*, *Lutevenſem*, *Ma-*
galonenſem, *Nemauſenſem* & *Vcetienſem.*

Ipſa Metropolis *Narbona Archiepiſ-* *Nar-*
copi ſedes, ſita eſt ad Atacem fl. qui eam *bons.*
dividit, *Ponteque* ſtratus inſigni, ædibus
utrinque veſtito: *Portu* gaudet ac ſtatio-

ne

Languedoc. ne navium, quæ ex mari proximo ad eam ascendunt: urbs est ampla & satis elegantibus, etsi non altis, ædibus conspicua, plateis latis spatiosa: antiquitatum monumentis pluribus illustris: fossis, latis, aggeribus, propugnaculis & situ munita: olim Galliæ digniſſima, ut quæ magnæ ejus parti nomen dedit: Inter Templa *Cathedrale D. Iusti* structura, capacitate, luciditate, organo musico admirando, sepulchris magnatum, aliisque ornamentis pretiosis excellit. Juxta quod Archiepiscopi Palatium & alia noranda.

Turris ejus 400. gradibus conscensa, in fastigio jucundam prebet deambulationem. *Palatium Regis* in areâ ad Portum ab Carolo Magno structum dicitur: est & Armamentarium & alia: Capitolii & Amphitheatri rudera vix aliqua supersunt *Consules*, quibus urbis Regimen competit, eliguntur ex 86. familiis *Aër* hic insalubris & sæpe pestilens, ob vicina stagna: & quidem versus *Beterras*, ad alterum Atacis fl. alveum, in stagnum Veneris fluentem, visuntur *P. Sormo.* *rudera Pontis Sormæ* ab Romanis structi, ut viam per stagna faceret: altius ad Aracem, sunt *Cusac*, & *Bisac*, ad Orbie- *Lesignan.* lem *Lesignan* solo plano situm in campis, qui

qui ſpica aliisque herbis odoriferis a- *Lan-*
mœni: item *Grace*, & ad mare verſus Hi- *guedoc*
ſpaniam, *Bages*, *Ville Franche*, *Roquefort*
La Palme & ſtagna aliquot, & *Leucate* *Leuca-*
ſitu & opere munitiſſimum fortalitium; *te.*
& inde *Ruſcilionis Comitatus* de quo in
Hiſpaniæ deſcriptione egi.

Sequitur hinc proxime verſus occi- 1.
dentem *Aletenſis Diœceſis* fontibus Ata- *Aleth.*
cis circumſita juxta fines Fuxenſes. Ci-
vitas ejus Epiſcopalis eſt *Alecta* ad Ata-
cem ſita; ſedes ejus Epiſcopi olim *Limo-* *Le-*
lium fuit inferius ad Atacem ſita urbs, *moux.*
hodie regionis adhuc primaria, thermis-
que ſalutaribus inclita; cetera opida ver-
ſus fontes Atacis ſita, ſunt *Coniſa*, *Quil-*
han. *Balbianas*, *Axat*, *Sou*, *Mejanes*, *Que-*
rigut, & alia regionis *Donnezanæ* loca.

Sequitur hanc inferius ad Atacem 2. *Car-*
Diœceſis Carcaſſonenſis; cujus civitas *Car-* *caſſone*
caſſona, longis & rectis plateis ad tegulam
ſtructa, & flum. Atace diviſa, egregio-
que rurſus Ponte juncta, forum amplum
mediam urbem, *Novam hanc*, occupat,
ex quo per 4. plateas ad mœnia uſque
urbis proſpectus datur: *Veterem ur-*
bem (in duas enim diviſa eſt) Epiſco-
pus tenet & regit, murusque duplex
cum foſſa tegit, & Arx munit; hæc in
colle ſita, & *La Cite* dicitur: Nova in

Languedoc. planitie & *La Ville* vocatur: Collegioque PP. Soc. Jesu, uti vetus Cathedrali Templo magnifica est: Nobilis civitas est sede Præsidiali, & Majore Languedociæ Senescalliâ. Si ædificia (quæ lignea & sine ornatu) cum platearum, novæ Urbis symmetria paria facerent, elegantiorem urbem Gallia non haberet. *Incolæ* viri & mulieres comti, atque in vestitu atque ornatu sumtuosi, aperti & vani multi: cætera opida huc spectantia sunt *Monsolen* & *Alzone* ad Hircium amnem, campis & agris lætum opidum: Dominum agnoscens Russium Senatorem Carcassonensem. Item inferius ad Atacem *Berberat*, *Canes*, *Zella*, *Tourelle*, & alia.

Alzone.

3. *S. Pontii de Toniers.* Hiúc versus Septentrionem contigua est *Diœcesis Tomeriensis*, cujus urbs Episcopalis *Fanum S. Pontii*, *Tomeriarum*, situm ad fontes *Iavæ*, amniculi in Orbium exeuntis: cætera opida sunt, *S. Amand* & *La Bastide* ad Gudi fl. fontes *Boissas*, *Aulieze*, ad Cessam fl. versus Atacem: item *S. Gervais*, *Villemagne*, *La Volte* ad Orbium: & alia.

4 *Beziers.* Inferius juxta orbii utramque ripam *Diœcesis Biturensis* sequitur cujus civitas *Beterræ*, ab annonæ ibi copiâ, quasi *bis terra* dicta: Præsul ejus & temporalis Diœ-

Diœceſis eſt Dominus & Comes, eſtque *Lan-*
ſedes Præſidialis & Seneſchalliæ Majo- *guedoc.*
ris : Septimanorumque olim Colonia fuit : cæterum *plateas* habet egregias, *areas* amœnas, *domos* ex lapide quadrato altas ac pulchras, quamvis ſtructura urbis ſit parum inæqualis. *Templum* Cathedrale pulcherrimum, elatiorum urbis partem occupat; habentque PP. Soc. Jeſu Collegium hic elegans & egregie ornatum, ſunt & rudera amphitheatri & alia antiquitatis monumenta : ſitus ejus in colle vitifero, ſub cujus imo pede labitur *Orgius* egregio Ponte ſtratus, agri circumcirca fœcundi, & rivi piſcibus pleni: Cetera hic opida ſunt altius, *Compagnes, Tezam, Cazoux, Muriel, Puech, Salicet, Litura*: inferius verſus mare, *Caſtelnau, Vendres* & ad mare *Tour de Vatras: Friquargue* & alia.

Proxima hinc juxta mare ſuccedit 5.
Agathenſis Diœceſis, cujus Antiſtes, & *Agde.*
Comes Ditionis temporalis eſt. Civitas vero Epiſcopalis *Agatha* exigua nec ſplendida, ſed commoda ſitu ac amœna; ad Araurarim fl. non procul inde in mare poſt deſcendentem, juxta *Fanum D. Virginis de Crau* in aquis ſitum & re- *N. D.*
ligione frequens: ubi *Richelius Card:* nu- *de Crau*
per *Portum* ſtruere cepit multarum na-

Languedoc. vium capacem: reliqua juxta mare opida sunt, *Vias* Ducis Ucericæ opidum,
Vias. Baronatus dignitate clarum; item juxta
Estang stagnum *Tauri* mari contiguum *Mardo Tourcelles*, *Loupian*, *Pinel*, *Villemagneal*, *Villeariac*: & altius, supra Agatham ad Araurarim, *Florensac* Baronatus quoque
S. Tubery. Ducis Uceticæ, *S. Tubery* opidulum ad viam regiam, loco amœno, prope silvam *Monconblanc* situm, Abbatiam habens in qua insanos certis modis mentis compotes reddi ajunt: unde illud vulgi: *Allez vous à S. Tubery*; *Pezenas* opidum amœ-
Pezenas. num ac celebre florensque nundinis, nobileque Templo Collegiato, ejus Aix dejecta; sed prope est *Prætorium* elegans cum Hortis cultissimis, secessus nuper amœnus *Connestabuli Monmorancii*: item prope hinc *Montignac*, *S. Cassulx*, *Caux* & alia.

S. Lodeve. Altius vero hic inter Araurarim & Sergium fluvios tandem confluentes, offert se *Diœcesis Lutevensis*, continens Parœcias tantum 48. verum omnis generis frugum & fructuum regio est fertilissima, & rivis fontium plurimorum irrigua & amœnissima, adeo ut *Languedociæ flos*, *Horti Franciæ pulvinus elegantissimus*, *Altera Arabia felix*, & *locus deliciis sacer*, audiat: Civitas ejus est *Luteva*,

ua, cujus & Præsul Comes Temporalis est : ipsa formam barbyti refert, juxta Sergium fl. sita ædes continens, arcium campestrium instar, turritas & columbariis instructas : inferius ad Sergium & Arauarim confluentes *Claremontium*, in monte positum conspicitur, caput hujus regionis : cui vicina est *Caneta*, Palatium Cardin. Claromontii, Italico modo structum : item *Cexias* ædificium absolutissimum & capacissimum, & hortis fontibusque ornatissimis, amœnissimum hæredum Marescalli de Themines : cætera opida sunt *S. Andre*, *Gignac*, *Aulaneal*, *S. Guilleal*, *S. Iean de Buege*, *Ganges*, & alia. *Languedoc.* *Clairmont.* *Caneta.* *Cexias*

Sequitur hinc inferius versus mare 7. *Magellonensis Diœcesis* ampla, ac *Palasa*, *Ledo*, & *Beraiga* fluvius in mare se exonerantibus irrigua : urbs ejus Episcopalis quondam fuit *Magellona* è regione ostii Ledi fl. in insula *Stagni Perotini sita*, cujus hodie nihil superest quam Templum, & in eo sepulturæ Episcoporum antiquorum, atque *Pet. Rebuffi IC^ti eximii* : adestque *Fons Salsa* & *dulcis aqua*. Hodie *urbs* ejus *Episcopalis est Monspelius* : ad Ledum fl. (uno supra mare milliare) situm opidum arce egregie munitum, *Academiam* habens à studio medicinæ cele- *Magel lona.* *Estang de Peroz.* *Montpellier.*

Languedoc. celeberrimam: Collegiumque PP. Soc. Jesu illustre: item *Collegium* opulentum *Papæ* ab *Vrbano* v. fundatum: alterumque *du Verget*, optimæ spei adolescentibus victum & studiis necessaria in decennium suppeditans: insuper *Hortum Botanicum Regium* & regio ornatu ac fornice admirando magnificum: *platea* intus angustæ; sed *ædes* ex quadrato lapide augustæ & altæ sunt. Curiam habet amplam & superbam: item officinam monetariam, Sedem Præsidialem; Cameram Rationum, Thesaurarium generalem & alia plurima, ita ut hæc *Vrbs* inter paucas sit *magna ac splendida*: aëre ejus nihil placidius, civibus nihil humanius, urbe nihil amœnius, & agro nihil fertilius: triticum vinum, fructus, perdices, pisces, aliaque in copia sunt & eximia, & vili precio comparanda. Ars Pharmacopæa hic in flore est, & magno usu; adjuvat ager vicinus variis herbis, sponte provenientibus, rectus: copiosa hic crescit stæchas arabica, thus, tamariscus, terebinthus, rosmarinus, & alia.

Cætera opida huc spectantia sunt inferius ad Ledum prope urbem *Pons Iunevallis*, *Laterra* vicus cum Arce in insula situs: *Ville neufve*, altius supra urbem *Castelnau*, *M. Ferrier*, *Frades*, *Asses*: ad

Iunevau. Lates.

ad Palasam. *Morreil, Carnosec, Montiaz in, Roussan*, & ad *stagnum Perotinum* longo tractu, juxta mare, Tauri stagnum subsequens, *Balaruc* balneis Saluberrimis, atque *Frontignan*, vino muscatellino generosissimo opida celeberrima. His vicini sunt tres montes sive colles, inter mare & stagnum, conspicui: scil. *Ceti, Lupi, & Horti Dei*, quorum hic ab amœnitate & fertilitate cognominatus: Puteum habet, tempestates excitans, si lapidem in eum projeceris. Cæti marmora suppeditat, habetque Arcem in jugo & Portum ad pedem, contra Pyratas munitum Arce hac & præsidio: omnes herbarum & arborum rarissimarum Horti sunt & viridaria amœna: est & hic loci in *vico Perusio Fons* febricitantibus sanitatem, bestiis mortem afferens, sanis vero omnis ejus usus interdictus: item in opido dicto *Vigaud* ad Palesam sito, *Fons fallax* dictus, quod aquæ ejus in saxa minuta & candida, sachari candici instar concreta, fallant spectatores: Porrò ad Beralgiam fl. Magellonæ ditionis sunt *Fonmagne*: *Castres*, *S. Brest*, *Mus de Xonx* & alia.

Languedoc.

Balaruc.

Frontignan

Peru.

Vigaud

Magellonæ Diœcesi juxta *Lacum Perotinum* & mare succedit *Nemausensis*, dignitate prima, ad Rhodanum usque

8. *Nisviet.*

Languedoc 8. Nîsmes.

& Gardonem fl. protensa : ejus civitas est *Nemausus*, omnium antiquissima, uti à Nemauso Herculis Egyptii filio 1159 annis ante N.C.& 590 ante U.C. structa : ab imperatoribus deinde Romanis, instar Romæ, exculta, eique amplitudine & situ 7. montes cultos complectente, fuit secunda, uti testantur muri circum circa in montibus & planitie superstites, hodie amplitudinis & ornatus plurimum amisit, opibus tamen, aliisque hujus ævi decoris & antiquitatis venerandæ monumentis excellit: in primis *Amphitheatro* maximã partem integro, cujus muri circuitus 470. passuum, Area intus ædibus oppleta vicum præfert. Item *Capitolio*, quadrato, & quadratis saxis cooperto, in deambulationum usus, cujus frontispicium & posticum sex Latera, singula 10 columnis superbiunt, Trajani opus. Prope est *Crypta* subterranea Arelatem usque 5. mill. ducens. Cetera ædificia recentiora sunt, Palatium Præsidiale, Castellum Regis, Turris Horologii, Turris Vinaria ex Vini vectigalibus structa, sita enim est hæc civitas ad *Vistrii* fl. fontem, loco amœno & vini optimi, frugumque & Olei feracissimo. Hortos suburbanos habet plurimos, ficubus, Oleis, aliisque fru-

fructiferis arboribus amœnos, cuique per eos exspatiari, lubenti, patientes: Est extra urbem Abbatia *Bausille*, & *Montjouzieu* judæorum olim cæmeterium, sunt & prope rudera magnifica *Aedis Dianæ*, hodie *de la fontaine*, juxta quem fontem Monasterium Virg. structum est, & prope Echo est admirabilis, & *Turris Magna* artificiose à Romanis structa, & alia: Ceterum inter Plurima Templa, quæ civitas hæc continet, aliqua patent Reformatis, qui & hic Collegium publicum habent cum PP. Soc. Jesu commune, alternisque vicibus docent. *Languedoc.*

Cetera hujus ditionis opida sunt: ad *Viduriam* fluvium *S. Hyppolite*, *Sauve* Baronatu nobile, *Quesac*, *Massilarbue*, *Sommiero*, *Pont Codomen*, *Ville tolle*, *Lecquille*, *S. Laurent*, & prope ad Verioviam fl. *Lunelle* opidum fortalitio, 4. propugnaculorum, munitum: cui prope adjacet *Pont Lunelle*, in campo aperto situm Diversorium totius Galliæ celeberrimum, per bella vero multum devastatum: item ad mare juxta stagni Perotini extremam oram *Aquæ mortuæ* opidum, mœnibus omnium Galliæ pulcherrimis, ex lapide quadrato structis, cinctum: quæ 16. Turribus optimo ordine *Sauve. Lunelle. P. Lunelle. Aigues mortes.*

Languedoc. disposítis ita muniuntur: ut una (Constancia dicta) extra ordinem ceterarum prosiliat, aditumque Ponte versatili, instar Arcis admittat: hæc insuper altitudine sua Phari loco lumen de nocte nautis ostentat. Post hanc Reginæ Turris conspicua est: Et prope abest alia Turris Carbonaria firma & milite custodita, ubi tributum aliquod solvitur: Adjacet & proxime *Pecquensium* Salinis, *Pecquay.* admirandas regi opes contribuentibus, opulenta *Insula*; cum fortalitio ad tuitionem Salinarum: item *Marticarum* insula, cum opido & fortalitio cui nomen *Sauve real*: opido nomen *Trium Mariarum* quarum SS. (testium resurrectionis Christi) reliquiis & protectioni celebre nomen suum debet. Altius ad *S. Gilles.* Rhodanum sequuntur *La Mote*, *S. Gillis* Opidulum cum Abbatia nobilissima ac Templo pulchro: in nemore vicino (E-*Estagel* stagel dicitur,) Sellam monstrant lapideam, quæ creditur fuisse *Cathedra* antiquorum *Druidum*, qui silvas & nemora *Beaucaire.* colebant, *Bellegarde*, *Beaucaire*, Bellumquadrum ad Gardonis ostium & Rhodanum, in planitie longe amœnissima, vinique optimi feracissima situm: unde Trajectus fit Tarasconem fune super Rhodanum ducto: Nobile est opidum Sene-

eneſchalliæ majoris dignitate, & cla- *Lan-*
m Nundinis, quæ hic 22. Julii, feſto *guedoc*
. Mariæ Magdalenæ ſolenniter & fe-
ive celebrantur, & quatuordecim dies
ontinuantur; mercatus fama prima ab
eneroſis equis qui huc ex Italia & Hi-
pania ad vehuntur.

Ultra Gardonem fl. *Diœceſis Vceticen-* 9.
ſis, (nona Præſulis Narbonenſis) ſucce- *Vzez.*
dit, regio fertilis ac amœna, & uti paſ-
ſim hic frumento, Vino, Oleo, morisque
abundans. Civitas ejus *Vcetica* egregia,
& Ducatus Patriciatusque titulis nobi-
liſſima eſt, cujus Dux & ſedem habet
inter Provinciæ ordines: antiquitatum
quoque monumentis pluribus ſpectan-
da ſita eſt ad fontem Alzonæ rivi, in
Gardonem fluentis, è regione, pagi &
Arcis *S. Privati* Baroniâ nobilis, & Baro- *S. Priv.*
ne nobiliſſimo: Prope infirmus eſt *Pons* *vat.*
omnino admirandus, ab Romanis *Gar-* *p. De*
doni inſtructus triplici arcuum ordine, *Garne.*
ita ut infimus medium & ſupremum
ſuſtenter: infimus tranſitum fluvii, det
æſtivo tempore, medius hieme, ſum-
mus aquæductui inſervierit, qui è cocto
latere, & aperto aëri expoſitus indies,
ruinam facit: *medius* vero & *infimus* ex
uno eodemque vivo lapide dextrè & ar-
tificiosè videntur conſtructi: haberque

Provence. infimus 6. medius 11. ſummus 35. atcus, cujus extrema hodie à montibus divulſa, ita ut nulli uſui ſit aquæductus.

Cetera hujus Diœceſis opida *altius* ad Gardonem & ejus rivos occurrentia ſunt *Ponts*, *Bloza*, *Brignon*, *Caſſignoles* *Toirax* *Anduze*, *Toirax*, *Allaix*, opida glorioſi, *Allaix* quorum poſtremum Comitatus gaudet titulo, ſub Dominio filii Ducis Inculiſ- *Mon-* menſis: *inferius* ad Gardonem ſunt, *Mon-* *front.* *front* opidum, cum veteri Arce, colli adſtructum, in loco Oleis conſito: inde *Ville-* ad Rhodanum altius *Neapolis*, ubi Pons *neuſve.* Avenionis, & edito juxta loco *S. Andrea* *S. An-* *dre.* Caſtellum, ſitu & propugnaculis mu- *Loſdun* nitiſſimum: tum *Montfalcon*, *Loſdun* Baronatu nobile opidum Ducis Guiſii ad Tevam amniculum poſitum; tum ad Seſiam fl. *Port Cadolet*, & *Bagnols* opidum *Bag-* *nols.* Baronatus quoque titulo nobile, Principis Condei, amœne ſitum in agro ſcaturientibus rivis, (unde nomen habere videtur) gratiſſimo.

Proven *ce.* LAnguedociæ, ultra Rhodanum affinis eſt *Provincia* cereris partibus, mari, Varo fl, Alpibus & Delfinatu cincta, ſub gradu latitudinis 43. poſita: *Regio nobiliſſima* aëre gaudens temperatiſſimo: hyemes non niſi per menſem unum ſentiens, nec adeo tamen ſævos, ut flo-

res

res & roſas extinguant & virore ſolum ſpolient: inſuper fertiliſsima eſt locis pluribus; *Frumenta* enim in *Camargi* planitie ipſum Cærerem conſeviſſe diceres: *Bacchum* ſua manu *vites* plantaſſe in collibus, & quidem *Apianas* ſive *Muſcatellinas* in agris *de La Ciotat*, *Ries*, & *Taraſcon*, *Creticas ſive Aviſias*; circum *Craudi campos*, & *Cuers* ad Gabellim fl. ſupra Olbiam, Palladem diceres excoluiſſe *Oleas*, quæ inſtar quercetorum majorum alte caput extollunt ab *Aquis ſextii* ad Varum flumen uſque: *Pomonam* denique circum *Aptam* juliam & *Brignolium* conſervaſſe ſibi *Perſicas* Armeniacas, granatas, prunus aliasque arbores fructiferas. *Continet Principatum Arauſionenſem* & *Comitatum Venuſinum* ſive Avenionenſem, quorum *hic Papæ*, *ille Naſſovii* eſt: cetera pars longe major Regi Paret, comprehenditque *Archiepiſcopatus Aquenſem* & *Arelatenſem*, ac Epiſcopatus x i. è quorum quatuor ſpectant ad Præſulem Aquenſem 2. ad Arelatenſem: reliqui 5. ad Eborodunenſem, in Delphinatu: omnes Parlamento Aquenſi ſubjecti ſunt. *Proven-ce.* *La Crau.*

Metropolis autem Provinciæ & Princeps civitas eſt *Aquæ Sextiæ*, Parlamenti & Archiepiſcopi primi ſedes: Salyo- *Aix.*

Provence. rum prisca urbs, multis antiquitatum monumentis illustris, ut quæ ab Cajo Sextio Cos. Romano, thermarum causa, structa ante N. C. Anno 120. Thermæ illæ hodie non procul à Pomæriis in ædibus privati spectantur, tepidæ magis quam calidæ sulphure & alumine mixtæ: sed alio urbis loco scaturiens *Fons* est aquæ calidissimæ, quæ tamen digressæ paululum ab origine mox frigescit, usibusque publicis civium inservit, ac vim purgandi haber certum intus, plateæ & vici urbis ordine, amplitudine, structura & munditie nitent: *ædificia* superba sunt & magnifica Palatiorum instar spectabilia, & vix inventu in Gallia urbs est, quæ elegantiâ hanc superet. Academiam quoque habet: & Collegium PP. Soc. Jesu illustre: Templum Cathedrale S. Salvatoris magnificum est & sumtuosum, intus marmore & sepulchris Regiis ac Baptisterio sumtuoso splendidum: Templum & Commendatoria D. Joannis Ord. Melitensis elegans quoque structurâ est. Inter Politica ædificia *Palatium Regium* eminet magnifice, cujus inferior structura tabernas habet mercatoribus elocatas: superior conclavia diversa, justitiæ & regimini urbis inservientia: continet enim

hæc

hæc civitas *Parlamentum*, quod ad se traxit Ballivatus Aquæ sextiæ, Arelati, Massiliæ & Diniæ: item *Cancellariam*, *Cameram Rationum* & *Cameram Comitum*, picturis & auro, præter cæteras, coruscantem: nec ipse clarus, neque Archiepiscopus Parlamenti Jurisdictionem „ declinare potest; dicitur hic vulgo *Le* „ *Parlament, le Mystral & la Durance,* „ *sont la ruine de Provence.* Sita est urbs in planitie amœnissima & fertilissima, quam montium non longe dissitorum juga cingunt. *Arcus fl.* non procul præterlabens Ponte lapideo transitum Massiliam versus facit; quæ via lapidosa & angusta; sed omni ex parte Hortis continuis & ornatissimis conspicua. Horti muro longo ultro citroque septi, luxuriantque oleis, amygdalis, ficubus, malis aurantiis & citriis, vitibus item ad maris usque sinum quinque fere mill. *Provence.*

Urbes Episcopales huic subjectæ sunt 1. Gap in Delphinatu & *Apta julia*, ultra Druentiam prope fines venusinos sita, ad Calenonem fl. cujus ager rariorum & optimorum fructuum feracissimus: item *Cestero Segestriorum* civitas, quam 2 Druentia rapidus & sordidus fl. perluit, & Buedia amnis alluit, Pontesque jungunt; situs ipse, & Arx, colli imposita mu- 1. *Apt* 2 *Ceste rom*

Proven ce. munium, & Collegium PP. Soc. Jesu, aliaque nobilem reddunt: Tertia est Re-

3. Ries jensium civitas, cujus ager vinis Apianis nobilis, sita est ad Nartubam fl. per deserta S. Martini in Vardonem & cum eo in Druentiam fluentem: *Deserta* hæc admiranda sunt *Cryptis*, cujus saxa formas omnium rerum nativas ostentant; sunt & grata fontibus chrystallinis & prodigiosis: placida aëre temperato & Cœlo semper sereno; amœna quoque Vardonis aquis, quæ rupibus utrinque coarctatæ strepitum edunt horrore jucundum & in solitudine oblectantem:

4. Fre- *Forum Iulii* quarta & ultima est civitas jus. Episcopalis, antiquitate clara, ut testantur ampli aquæductus & Amphitheatri rudera, quæ ibi supersunt, famosa quoque Ciceronis imperatoris Castris, quæ hic habuisse scripsit: sita est prope Argenteum fl. & mare, in tractu

1. *Lestereleo*; ultra quem versus varum fl.

Grasse. *Grasse* se offert, civitas Episcopalis Præsulem agnoscens *Ebrodunensem*, sita ad Stagnæ fl. fontem: cujus Episcopatus ab *Antipoli* huc translatus fuit, ceteræ

2. quatuor eidem Præsuli subjectæ sunt:

Vencia *Vencia*, versus Varum non procul hinc juxta Lupum fl. sita & vicino *S. Pauli Vencii fortalitio* tuta ac munita; Tum al-

rius

flum hinc ad Vari ripam *Glannate* : & in- *Provin*
trorsus in alpibus maritimis ad Assam fl. *ce*
Senes Vedantiorum, atque indè altius ad 3 *Glan*
Bicoream amnem *Dinia Sentiorum* : Hæc *deves.*
de Aquis Sextiis. 4.
Senes.
Altera Provinciæ *Civitas Archiepisco-* 5. *Dine*
palis est *Arelas*, una cum *Massilia*, libe- *Arles.*
ra & sub Regis tutela, antiquitate quo-
que Massiliæ soror, ab Historicis passim
Regia urbs : multarum civitatum de-
cus, Roma Gallula, Constantina vocita-
ta; item Mammillaria à terræ fertilitate, *sita* est enim juxta Rhodanum, ad
caput insulæ *Caimarii* 7. mill. longæ, *Camar*
frumenti optimi feracissimæ, unde in- *gue.*
colæ non parum ditescunt : *Portum* habet ab Henrico IV. egregie restauratum,
& Portas item Novas elegantissime
structas, intus *edificiorum* antiquorum
& recentium splendore magnifica est,
inter quæ *Amphitheatrum*, *Delubrum
Dianæ*, *Turris Rolandi*, nunc Armamentarium, *Pyramides*, *Campus Elysius* nunc
D. Honoratio, *Flammia Montis Majoris
Abbatia* opulentissima & inprimis Antiquorum, Arelatensis Regni, Regum
Basilica; item prope Cænobium Carmelitarum *Portæ Triumphales* 5. & *Porticus* 2.
Romanæ structuræ: *Cemeterium S. Honorati*, quod *Campus Elisius*, continet 600.

&

Provence. Arles. & plura ſepulchra magnificentiæ Romanæ monumenta : Templis hic non tantus ut alibi ſplendor : *S Trophimi* oſtendit Ferretti Juriſconſulti ſepulchrum: *S Antonii* D. illius caput argenteâ capsâ incluſum, *Ædes Commendatorum S. Ioannis* ſupra Rhodanum ſpectatu digna eſt: *Xenodochium*, quod ſub Carolo IX. natum, elegantiſſime exſtructum eſt, & in pauperum uſus, opulentis reditibus auctum.

Inter *Politica ædificia* excellit *Curia urbis*, in qua aſſervantur canales plumbei ex imo Rhodano extracti, quibus in ulteriorem urbis partem aqua deducebatur: eſt & conclave in quo trophæum Caroli Lothareni Guiſiæ Ducis &c. Alibi viſitur *Cella Vinaria publica*, ubi ductus ſubterraneus qui olim ſub Rhodano Nemauſum uſque viam patefecit. *Amphitheatri* quoque ſpecus ſubterraneæ, vini repoſitaria ſunt, & officinæ textorum, Area domiciliis inſtructa vici inſtar, uti & Nemauſici tantum de urbe : *Regimen* ejus in Eccleſiaſticis *Archiepiſcopus* habet, cui ſubſunt Epiſcopi *Maſſilienſis*, *Tolonenſis*, *Arauſionenſis*, & *S. Antonii de Tricaſtin* in Delphinatu: in paſonis urbi vicinis *Tauri* nutriuntur præferoces, quibus cum nobiles certis

annis

nni diebus certamen inire ſolent, quod *Tra-la farrade* vocant: Tauri hi ſub alio cœlo hinc tranſlati ferociam dicuntur depo-nere. *Vence. Arles.*

E regione urbis in ora *Inſulæ Camargi* Pagus *Trinquetaille* 200. laribus inſtructus eſt, ubi & rudera & nummi eruuntur, reliquiæ Cai Marii Caſtrorum hic locatorum. *Trinquetail le.*

Altius 2. mill. ad Rhodanum, è regione Belloquadri, *Taraſcon* ſe offert forma ſemilunari; opidum ædificiis non adeo ſplendidis excultum, ſed nobilibus incolis habitatum, & loci amœnitate, atque vinis muſcatellinis ibi natis gratum, magnificumque *Arce* rupi inſtructa ab Renato Comite Provinciæ & Siciliæ Rege, & Joanna ejus uxore: Tectum impluvium habet, longum 64. latum 48. paſſus, peramœnæ deambulationi commodum, intus conclavia habet ornata, & inter alia Secretius, libris & aliis rebus raris & pretioſis ſpectandum. *Templum D Martha* ſacrum prope Arcem poſitum, reliquias D. ſervat, opulento Theſauro veſtitas, & alia: Sacello ſepulchri D. Marthæ adſcriptum hoc diſtichon votivum: *Taraſcon.*

Qui Chriſtum hoſpitio excepiſti Martha, precare
Hoſpes ſit nobis hoſpes ut ille tuus.

Cete-

Proven ce. Ceterum infra, Arelam, verſus &
mare uſque extenditur *planities petroſa,*
la Crau ampla, longaque 7. mill. ventorum vehementiæ expoſita, inter petras & ſaxa hoc gramen provenit ſapidum, colligiturque manna, minium & alia: imo & vinum creſcit creticum ſive Aviſium nobile, & frumentum optimum. Quarto ab urbe lapide juxta ſilvam oleis conſitam vicus eſt & *Diverſorium S. Martini*
S. Martin de Crau. amplum & commodum: ulterius in via Maſſilienſi occurrit Arx *Touts Saints,*
Tout Saints Turris munita & multangularis ac Taberna, ubi vectigal de mercibus evehendis exigitur: ejus herus eſt *Dominus de*
Magnan. *Magnan* vici propinqui: Ager hic fragrantium herbarum odore amœnus uſq;
Chamas. *Chamas* opidum impoſitum monti perroſo ac molli, ut ædes in eo Cavatas ſpectes plures. Prope *Tolobra* fl. in *Lacum*
Mer Martigue. *Martigium* ſive Marignanum fluit; Fluvio huic ſuperſtructus *Pons* Romani operis, longus 30. latus 6. paſſus, viſunturque hic loci columnæ & rudera Romanæ olim magnificentiæ domicilia:
Marignan. *Lacus* hic à pago vicino cognominatus Marignanus; *Pagus* Arcem habet, gaudetque titulo Principatus: Amplus Lacus eſt, Lemano non abſimilis, dives ſalinis, tutusque à Pyratis: clauditur enim,

unicus

nicus ejus ex mari, acceſſus binis Pon- *Proven-*
bus, defenditurque Arce, Inſulæ pro- *co.*
pinquæ inſtructâ, ac Turri Herciniâ fir- *Tour*
mâ & alta, ita ut & ſpecula ſit nauris: *de hoc*
Pontem Tolobræ ſequitur 2. mill *Berra, Berre,*
opidulum ſalis coctura celebre, juxta
Lacum, in inſula quam Arcus fl. (ab
aquis Sextii deſcendens) format, ſitum:
ſpectatur hinc altius ad Arcum *Vellans Vellans*
Arx Baronis Dulieri monti impoſita:
& ad viam, Maſſiliam verſus, *Cabanes (aba-*
opidulum Roviniaci Conſiliarii Aquen- *nes.*
ſis: unde relicto ad dextram Marigna-
no cum *Arce Baronis de Canvet*, iter
fit per ſolum herbarum quidem ſed mi-
nus frugum fertile, planitiemque lon-
gam ad opidum uſque *Eſpere*, ubi ad ſi- *Eſpere.*
niſtram *Arx antiqua* Conſulis Maſſilien-
ſis: inde ſaxoſa 2. mill. via *Maſſiliam* uſq;,
cujus Ager ſuburbanus irrigatur hinc *A-*
rena inde *Vealnia* amnibus: binis quaſi ſe-
ptis pulcherrimis, ab ipſa Natura prope
Portas amplæ hujus civitatis (quæ olim
mundi compendium audivit) poſitis:

Eſt etenim *Maſſilia* civitas longe an- *Mar-*
tiquiſsima & celeberrima, à Medis (reg- *ſeille.*
nante Aſtyge Tyranno,) natali ſolo ex-
pulſis primum ſtructa, inſtaurata; deinde
à Phocenſibus, regnante Romæ Tarqui-
nio Priſco. Dignitas ejus ſemper ſumma
fuit:

Provence fuit: hodieque opulentiſſimum ad mare internum Galliæ emporium eſt, triremiumque regiarum ſtatio; Epiſcopatu illuſtris; Lugduno nec ambitu nec civium numero, neque commerciis minor, opibus fere æqualis: mare inter binos ſaxoſos montes per auguſtum introitum in urbem fluens, *Portum* format ovalis figuræ tutiſſimum, circum quem civitas ſtructa, ita ut tres ejus partes Portus irriget, quarta vero, turribus propugnaculis atque mœnibus egregie munita ſit: intus *plateæ* potiores ſordidæ ſunt & anguſtæ, *Palatia* vero ſpatioſa iis inædificata prævalent & ornamento ſunt: inter Sacra ædificia D. Virginis de La Major *Cathedrale* eſt & magnificum, cui inſerviunt 45. Canonici, olim Dianæ Epheſiæ fuit: oſtenditur in eo Caput D. Lazari à Chriſto reſuſcitati, primi urbis Epiſcopi: Templum *S. Salvatoris*, cum Virginum Monaſterio, Apollini ſacrum fuit: Ædes D. Virginis *des Accoulez* Palladis, *D. Ioannis Commendatorum* Ord. Melitenſium opulenta eſt & inſignis: *Abbatia* vero *S. Victoris* ditiſſima, cujus Patres fere nobiles ſunt, laute viventes; Abbas vero Card. Richelii frater: Templum ejus duplicis eſt ædificii & ſpectatu dignum, inter Poli-

tica

ca ædificia famam habent Guisianæ Provedes: Civium ordo splendet à mercatura & opificiis: *illa* ob loci situm & commoditatem exteros advocat ut discant: *ista* occupata sunt in corallinis globis, in cochlearibus & marsupiis è concharum domiciliis conficiendis, æquo præcio rara illa addicuntur. nec in reliqua Gallia invenienda: Antiquitatum rudera in urbe & extra eam occurrunt aquæductuum ac cryptarum, & alia: *Aër* hic suavis, *Ager* amœnus & fertilis ex collibus, planitie cinctis, prospectus in mare amœnus: colles fere tecti arboribus fructiferis: inter fructus sunt omnis generis pyra, maxime muscatellina præ ceteris præmaturа: Ficus ex una arbore quotannis bis leguntur, vinaque muscatellina suavissima hic quoque copiosa: Plurimum verò amœnitatis suburbanis locis conferunt villæ sive Prætoria (*Bastides* vocant) civium adeo numerosa, ut maximam urbem referre videantur. *Provence.*

Cetera Provinciæ opida Potiora hinc ad litus maris occurrentia sunt: *Cassis* burgus piscatorum, cum Portu modico: *Ciotat* parvum sed frequens populo opidum, cujus incolæ peritissimi nautæ, & commerciis occupati: ager vero *Cassi: Ciotat.*

vinum

Provence. vinum muſcatellinum fert optimum; Portus ejus parum capax: *Bandora* Arx cum Portu in inſula ſita: *Cenari* burgus à piſcatoribus fere habitatus Agrum habens planum, vini fructuumque feracem: *Tolonum*, urbs antiquo Epiſcopatu nobilis, Portum habens rutiſsimum & 1500. navium capacem, unde & hic triremium regiarum ſtatio: munita eſt egregie foſsis, mœnibus ac propugnaculis; cives ejus in primis rem faciunt ſapone & oleo: ſitus ejus in planitie amœna; ab oriente enim campos habet collibus cinctos, & hi oleis vitibusque tecti omnis generis feras continent; verſus occidentem pulcherrima ſunt prata, & horti cultiſsimi, ædibusque voluptuariis magnifici; ſequitur proxime hinc *Porcerella* deſerta, ſed munita *Inſula*: item mox *Stœcades* ſive *Aureæ Inſulæ* inhabitatæ quoque, ſed munitæ quatuor fortalitiis, cultæque amœne hortis admirandis copiâ granatorum, citriorum & aurantiorum, unde & avibus ferisque abundant: Ruſſus in litore ſequitur *Olbia* burgus, aurantiis quoque & omnis generis fructiferis arboribus nitens; & ab hoc introrſus *Oleveoleum* uſque 10. mill. regio ſe pandit amœna olivetis, malis aureis, citreis, aliisque arboribus;

Bandora. *Cenari* *Thoulon.* *Porquerolles.* *Stœcades.* *Hieres* *Olivetolles.*

ſucce-

succedit *Salinæ*: & propè litus *Bregan-* *Provin-*
zon Insula munita cum Portu; tum *Sinus* *ce.*
Grimaldius, ad quem *Tropeſa* opidum *Bregan-*
munitum: inde ultra *Argentenim* fl. ma- *zon.*
ximum *Forum Iulii* (de quo ſupra dixi) & *S. Tro-*
S. Raphaëlis pagus cum Portu, in quo *pes.*
merces Forojulienſium exponuntur: *Frejul*
item *Port d'Agath.* quem Rariæ oſtium *S. Ra-*
facit, *Napole* ad fl. Bencolæ oſtium. *Can-* *phaël.*
ne opidum cum Arce ad ſinum maris *P. d'A-*
propinquum; cui adjacent prope *Inſulæ* *gath.*
S. Margaritæ & *S. Honorati*: *illa* 3. for- *Canes.*
talitiis munita, ſementi commoda ac *l'Iſle S*
fonte dulci aliisque grata eſt: *Hæc* mi- *Marg.*
nor & fere ſterilis *Abbatiam habet* Ord. *l'Iſle S*
Bened. opulentiſſimam, cujus Abbas *Honore*
Princeps Contius: item Turrim, è vivo lapide, variis conclavibus diſtinctam, ita ut 300. vel 400. perſonæ commodè in ea hoſpitari poſſint: habitatur ab 10. vel 12. religioſis & militibus aliquot Præſidiariis: ſequuntur in litore *Croiſette* fortalitium non magnum: & *Antipolis*, *Anti-*
urbs olim Epiſcopalis, nunc munitiſſi- *bo.*
mum hac parte Galliæ quaſi propugnaculum.

Hæc de *Litoralibus opidis, introrſus* junc-
ta fluvios in mare labentes, hinc redeun-
ti verſus Maſſiliam occurrunt *Fajence* *Fajen-*
opidum vaſis fictilibus, quæ Indicis *ce.*

Proven ce. non cedunt, celebre, ad fontem Bencoæ fl. positum. *Draçonianum* Amphi-
Draqui gnam. theatro, plurimisque aliis antiquitatum ruderibus nobile, ad Capesium fl situm;
item ad Argenteum fl argenteis aquis
S. Maximin splendidum *Toronet*, *Barnoul* & *S. Maximin*, cujus Cænobii Religiosi inserviunt
S. Beaume Ecclesiæ *S. Bilmæ* in rupe editâ cavatæ, & hic vicinæ, est in hac rupe *antrum pœnitentiale D. Magdalenæ* spectatissimum religione: item in vertice rupis *S. Polonis* Sacellum; ad Caramiam inferius Argen-
Brignole. teo se jungentem *Brignolium* prunis, persicis, aliisque fructibus clarum: tum inferius ad Cadauniam Argentei fl. rivum
Folquaquier. *Folquaquier* castrum nobilissimum rupi impositum: & prope versus mare ad
Cuers. Capallam fl *Cuers* opidum, agro Creticis sive Avisiis vinis ferace, nobilissimum, & alia.

A fontibus Argentei amnis introrsus
Castellane. ad Vardonem fl. sunt *Castellane*, *Aiguine*, *Monpesat*, *Quignion*, *Vinon*; & hinc proxi-
Manosque. me ad Druentiam *Manosque* opidum, cujus Domini Equites Ord. S. Joannis Melitenses, quorum superior hic loci *Balia* dicitur: Ab hoc *Superius* versus Delfinatum ad flumen Pare. *Folquanquier* opi-
Folquanquier. dum cum Arce & prope hoc opidum &
Manne Limanam, Lare fl. lapides generat avium,

arbo-

arborum, serpentum, omniumque lite- *Venas-*
rarum figuras native repræsentantes. *sin.*

Infra *Manosque* ad Druentiæ ripam dextram *Pertuis* sequitur: ad sinistram *Lambese*, *Ourgon*, & *Malemort* opida, *Ourgon* Ducis Guisii in colle sita muris rupibus- *Male-*
que firma: quorum agri, oleis ac ficubus *mort.*
amœni, præstantissimum producunt vinum.

HInc ultra Druentiam succedit *Co-* *Venas-*
mitatus Venussinus Pontifici Romano *sin.*
parens, regio felicissima & totius orbis *Comte.*
pulcherrima ac amœnissima, opidis & municipiis clausis plena: Rhodano & Sorgâ, aliisque rivis limpidissimis irrigua: *Fons Sorgæ*, à Petracho nobilitatus, *Sorgues*
erumpit è voragine & valle rupibus *fl. Vau*
clausa: ad Saxi hujus pedem nebula & *cluse.*
aër frigidissimus exit, non sine infectione, unde adventantes monentur ne ad imam vallem eant vel diu subsistant: fons hic in ipso egressu inter duas ficus jucundo oblectamento se extendens, per prægrandia saxa horrendo strepitu & cataractâ sese præcipitat. Inque amplitudinem se exonerans mox fit navigabilis, descenditque per agros amœnos in Rhodanum, tribus alveis, uno per urbem *Avenionem*: altero sub *Pontet:* tertio in- *P. de*
fra *Pontem Sorgiæ* opidum egregium *Sorgues.*

Venaſſin. cum Portu: Porro Continet hæc Regio Archiepiſcopatum, & 3. Epiſcopatus ei famulantes.

Avignon. *Archiepiſcopatus ſedes eſt Avenio*, urbs ampla & magnifica egregiis ædificiis exculta, tam in urbe quam circum eam, unde apparet eam quandoque ſedem Pontificis fuiſſe & ejus Aula: *plateæ* ſunt amplæ, præſertim eo loci ubi urbis Pomœria producta, *ædificia* nitida & elegantia, nec non Palatiis ſuperba: quæ ſi *publica* ſpectas, *ſeptenario ſepties numero ſuperbiunt*: nimirum 7 Templis Parochialibus: 7 Canonicorum Collegiis. 7 Xenodochiis. 7 Virginum Monaſteriis. 7 PP. Conventibus. 7 Portis & 7 Palatiis, omnia ſumtuoſe & magnifice ſtructa: Excellit vero *D. Virginis* ſitu edito, Areâ ſpatiosâ, ſumtuosâ ſtructura extus, & intus ornatu ad ſtuporem magnifico: Canonici 20. & 14. Capellani rem ſacram curant habitatu Cardinalitio, in memoriam ſedis Papalis, quæ hic fuit.

Ab hoc in deſcenſu offert ſe *Palatium minus* Archiepiſcopi, intus conclavia habens ad amuſſim exornata, ei adſtat *Turris* elegans, & adſtructus *Hortus* malis Punicis aliisque nitens, ex quo proſpectus in urbem, & bonam territorii partem, amœnus: *Palatium Majus* Pon-

Pontificis magnificum est & firmo saxo instructum : spectandum Area Atriis, Sacello Armamentario, & Campana argenteâ, quæ pulsata mortem denunciat Pontificis vel alium esse eligendum: cetera quoq; Templa ac ædificia ornatu suo spectanda : inprimis *Academia:* quæ hic celebris fama magnorum JC^torum^: inserviunt ei Theologiæ Doctores 3. Juris 4. Medicinæ 3. Philosophiam docent PP. Soc. Jesu, quibus & hic Templum est & Collegiũ elegans. Est & *Rota Audientiæ* Papalis, & officina Monetaria. Situs urbis hujus amœnissimus ad Rhodanum fl. si enim *planitiem* spectes, agri frugibus, prata herbis hortensibus, vineæ hortis, arbores malis citreis & aureis rident: si *Montes*, culti omnes sunt & attolluntur, sed remoti plusculum ab urbe, si fluvios, Sorgiam præsertim, piscium natatu lenique murmure, oblectant : accedit oblectamentum murorum pulcherrimorum, eleganti Turrium (pari intervallo dispositarum) ordine conspicuorum : à parte qua Rhodanus præter labitur, præcipiti rupi fortalitium impositum est exiguum: Pons Rhodano, jussu divino, instructus, elegantissimus est, sed arcuum trium (ex 23.) defectus vel

Venassin. Avignon.

Orange potius ruina, usum ejus inutilem facit.

Hæc de urbe: *Cives* ejus benignis sunt moribus dediti fere negociationibus, præsertim byssi pannorumque tinctu-ræ coccineæ: quo multum facit Sorgiæ aquæ commoditas: Splendidi inter ceteros sunt Itali, divites nummis & Palatiis: *Sordidi* contra *Iudæi* & multi, peculiari urbis loco positi & pileis flavis operti: feminæ vero fasciis flavis capite redemitæ. *Regimen urbis* est penes 4. Consules & senatores opidanos, à quibus ad Legatum Pontificium, ordinarie hic residentem, provocatio est.

1. *Carpentras* Hæc de Metropoli: *Episcopatus Civitates* sunt *Carpentoractte*, Caput olim comitatus & sedes Thesaurarii generalis si-

2. *Cavaillon* ta ad Russam Sorgiæ rivum: *Caballio* in ripa Druentiæ fl. loco commodo fertili

3 *Vaison.* ac amœno: & *Vasio* vocantiorum, ad Lupezam amnem juxta finem Arausiorum & pedem montis ventosi altissimi. Cetera opida sunt *l'Isle* in insula Sorgiæ cum Arce: *Chau de Lers*: *Cadarousse* & *Mournas* ad Rhodanum & fines Arausionenses sita & alia.

Orange PRincipatus *Arausionensis* paret hodie Guilielmo de Nassou Principi illustrissimo, includiturque Comitatu Avenionis ac Rhodano.

Civi-

Civitas ejus Arausio novis muris & profundis fossis munita: olim enim major multo fuit, ut rudera murorum hinc inde conspicua, indicant: *Templum Cathedrale* Reformati tenent hodie: ei præfuere 48. Episcopi: Academia quoque deserta est: magnifica est Theatro Romani operis, & Arcu Triumphali Caji Marii, Thermisque ejusdem extra urbem, & amphiteatri ruderibus: item *Arce* rupi undique præcipiti instructa, & situ arteque adeo munita ut insuperabilis sit: intus habet 3. areas, cameram, & puteum altissimum: extra ad pedem rupis, versus viam publicam, Fons est *Lavecon*, sterilitatem feminarum abigens: Ager urbis amœnus & fertilis, vini frumenti, fructuum, & croci præsertim felicissimus, aureis tamen malis destitutus: unde diverbio locus à *Aurenge il n'y a point d'Orenges*. *Dauphinè.*

Cetera opida sunt *Courtezon, jonquieres, Gigondas*, & Baroniæ *Maligay, Violez, Causans*, & aliæ Arces ac Pagi.

SEquitur *Delfinatus, Provincia nobilissima* filio Regis Primogenito nomen dans, sita intra Rhodanum finesque Sabaudiæ, Pedemontii & Provinciæ, regio montosa & iis locis fere sterilior: Campestria vero, maxime qua Rhodanum fl. *Dauphine.*

Dauphinè. attingunt, supra modum fœcunda sunt, & vini laudati feracia, pascuisque acrivis grata: continet urbes, Metropolitanas 2. & diœceses Episcopales 5.

1. *Grenoble.* *Princeps civitas* est *Gratianopolis* sedes *Parlamenti* & Episcopi sub Præsule Viennensi; continet autem hoc Parlamentum sub se Provinciam Delphinatus longe lateque patentem; est & in hac civitate *Camera Rationum*, atque *Edicti* utriusque Religionis Consiliariis constans, in qua non tantum res religionis Delphinatus, sed & Provinciæ ac Burgundiæ cognoscuntur: quamvis Burgundis sit electio, an velint hic vel Parisiis experiri. Ceterum urbs hæc ab Imp. Gratiano, ejus ampliatore cognominata est cum ante Cularona vel Accusio diceretur: Isara fl. eam lambit, cui Dracus vehemens & rapidus ad *Pertam de Bonne* conjungitur, simulque urbem muniunt: sed muniunt & eam Propugnacula majora 8. & Fortalitia 2. in montis jugo trans Isaram erecta. Isaræ 2. Pontes instructi Pulcherrimi, quorum alter Regalis dicitur: alter in D. Laurentii suburbium ducit: Portas numerat 7. quarum 2. ex quadrato lapide, solidissimæ ab Imp. Maximiliano structæ: ceteræ Novæ & elegantes quoque:

Turres

Turres mire hanc urbem exornant; inter quas Ponti impoſita cum Horologio eminet, tum S. Andreæ Pyramidalis: Cathedrale D. Virgini Sacrum eſt: *Reformatis* quoque hic *Templum* elegans eſt, cui contignatio ſuperſtructa pro Catholicis, qui à nemine videndi eò aſcendere & conciones audire volunt: eſt & in urbe hac Armamentarium, & Deſdiguerii Palatium magnificum, cum Hortis nitidiſſimis, & Equili capaciſsimo. *Dauphinè.*

Hæc de urbe, extra eam miracula aliquot noravit olim Ludovicus XI. dum Delphinus hic ageret: quorum primum *La Tour ſans Venin*, nullum animal venenatum admittens quod non ſtatim emoriatur, ſita I. ab urbe mill. ad pagum *Pariſet*: *La Fontaine qui Bruſle* ſpectandus prope Vicum *Vif*, Cœlo nubibus obducto, vel ſolis radiis abactis: ubi prope Arx *Berne* & aliæ aliquot Hortis amœnæ. *Les cuves de Saſſonage* ultra Dracum in rupe cavatæ, Indicia edentes uberis vel ſterilis anni: *Lacus* D. Virginis de Barma *Crypta* prope urbem ad viam Lugdunenſem, quæ ducit ad Lacum ſubterraneum, longum circiter [illegible] latum I. mill. quem, navicula ibi fabricata, navigavit Rex Franciſcus I.

Dauphinè. His adde *Pontem Bonnæ* unius fornicis alti ac ampli, Draco (1. ab urbe mill.) instructum: cui superstructa Porta cum inscriptione: *Romanas moles pudore sus-*

T. de Bonne.

Tempe *fundo & unus distantia jungo.* Item *Tempe Delphinatus*, Vallis ab urbe juxta Isaræ ripas extensa ad *Barraux* usque 6. mill. quam duo Montes Vallant; & 100. pluraque nobilium pulcherrima ædificia exornant, & pulcherrimum Mundi hortum Ludovicus XI. asserebat: verum hæc omnia superat hodie sumtuosissima & magnificentissima *Vizille Arx*, ad Romancium fl. in vallosa planitie montibus circumcinctâ (2. ab urbe mill.) ab Desdiguerio structa: continens 125. & plura conclavia, 2. xystos & *Sacellum*, omnia pretiosissimè ornata: item *Armamentarium* omnis generis armis, pro integro exercitu instructissimum: Adstructus & *Hortus* spectatissimus, Horologiis, statuis, malis aurantiis, floribus, fontibus, Vivario, Sphæristerio, Labyrintho, 7000. arbores in circuitu complectente, & aliis magnificus & admirandus. Minime vero silendum hic *Majus Certosæ Monasterium* celebre origine, Majestate & ordine: *Origo* a S. Brunone Colonienſi; *Majestas* ejus, consistit in sede Generalissimi & 100. PP. hic locatis:

Ch. de Vizille

Grenoble.

La Chartreuse.

Ordi

Ordo est regula vitæ austera, consistens in jejunio, solitudine & silentio: his accedunt vestimenta pilosa, & omnis mulierum conspectus interdictus; cuilibet adventanti datur in eo hospitium triduum liberale & sine omni recompensa, & cuique nationi suum destinatum est conclave: Ludovicus XIII. nuper reditus ejus auxit, siquidem quotidie victus paratur personis 300. & interdum pluribus pro augmento & decremento adventantium, una cum eorum equis & jumentis: fuerunt priores hujus Cœnobii *Franc. de Puteo*: & *Pet. Sardus* Jurisconsulti celeberrimi: situm est 2. ab urbe mill. non procul à via regia, quam *Hannubal* hic sibi versus Italiam ferro & aceto inter rupes aperuit: hæc de sede Parlamenti ejusque locis vicinis. *Dauphinè.*

Porro *civitas Archiepiscopalis Prima Delfinatus* est *Vienna*, de Primatu totius Galliæ cum Lugduno contendens, & Delfinatus olim Metropolis: hodie & Ducatus nomine insignis & multis Romanorum antiquitatibus: Primus ei Episcopus fuit *Crescentius S. Pauli Apost. discipulus*: sita est in pro dextra, lævâ Rhodani ripa, cui *Tiberius Gracchus* egregium *Pontem instruxit*, Suburbium (ultra Rhodanũ situm cum Arce firma,) *Vienne*

Dauphinê. urbi annectentem: munita insuper est 2. aliis Arcibus: intus plateæ clivosæ sunt & angustæ: ædes antiquitatem magis quam splendorem ostentant; alioquin commodæ & capaces conclavibus. *Templa & Monasteria* numerat plurima juxta Rhodanum fere structa & visenda. Collegium PP. Soc. Jesu hic amplum est & magnificum, ex ruina 100. fere ædium natum: continet PP. 400. & Bibliothecam libris numerosam: *Xenodochium* est versibus latinis insignitum: inter Politica ædificia sunt *Curia*, *Turris Auriaca*, *Turris Pilati* rotunda, *Asylum*, & in suburbio *Officina Vulcania* gladiis fabricandis structa & elocata ab Clero Archiepiscopali, adjuvat *Gerius* amnis indurandis laminis aptus suburbium hoc perluens, & una cum Vulcaniis plures molas frumentarias & Papyraceas versans: altiusque agrum suburbanum amœnum, ac vini frumentique fertilem aquis suis irrigans.

2. *Valence.* Ceterum huic Metropoli subsunt & *Vivariensis* (de quo supra Dixi in Languedociæ descriptione) *Diensis* & *Valentia Episcopatus*. *Valentia* autem civitas inter pulchriores & munitiores Delphinatus refertur, ab Romanis condita, qui eam nomine & re Romæ conformem redde-

reddere voluerunt. Pantheonque hic struxerunt, ædificium elegans, hodie D. Joanni sacrum: *sita* est ad Rhodanum in planitie summa amœna, vinique & frumenti fœcunda, duplici muro cincta, & diversis propugnaculis, æquali intervallo distinctis, munita; ædificia plurimam partem antiquitatem præferunt: *Templa* intereminet Cathedrale S. Apollinaris: *Abbatia S. Rufi* superbissimum Delphinatus ædificium fuit, antequam Reformati deformarunt illud: columnæ ejus marmoreæ historias Vet. & Novi Testamenti referunt: in æde D. Petri *Crypta* est, quæ sub Rhodanum extenditur in alteram ejus ripam usque: Habet & *Academiam* celebrem pridem *Cujacio* & *Pacio* Professoribus: hodie vero vapulat plurimum à vicinis Turnonii & Avenionis PP. Soc. Jesu Collegiis. Est & hæc urbs Ducatus titulo illustris, & Episcopatus ejus inter opulentiores recẽsetur: maxime ex quo *Diensis* ei accessit, etsi enim separatæ maneant eorum Diœceses, nec altera alterius jura usurpet, ab uno eodemque tamen Episcopo reguntur & administrantur: est autem *Dia* urbs ædificiis satis nitidis exculta, Romanis *Augusta Vocantiorum* Vocata; sita interius ad Drumam fl. infra Livron opidum, in Rhodanum exeuntem. Hæc

Dauphinè.

3. *Dia*

Dauphinè Hæc de Metropoli Vienna & ejus Episcopatibus suffraganeis: *altera Metropolis Eborodunum* Episcopatus 5. habet sub se, in Provincia sitos & ibi relatos: sita est hæc in rupe ad *Druentiam* fl. versus Alpes, & egregie munita; ejusque Præsul, & Princeps urbis secularis est, gauderque multis Privilegiis: Ager ejus vallis, læta pascuis, cinctaque collibus vini, frumenti, omnisque generis arborum fructiferarum & herbarum odoriferarum: fæcunda: *Aër* adeo benignus ut hic manna ex arborum foliis colligatur vera: Reliquæ duæ urbes Episcopales in Delfinatu quidem sitæ & Parlamento Gratianopolitano subjectæ sunt: sed una scil. *S. Antonii Tricastini*, Arelatensi subest Præsuli: altera *Vapincum* ad Bernam rivum sita (qui in *Druentiam* abit) atque Arce & propugnaculis 4. munita est, Præsuli Aquensi.

Embrum.

4. *S. Antoine de Tricastin.*

5. *Brianson.* Cetera Delfinatus opida ad Druentiam altius, sunt *Reotier*, *Argentiere*, *Brianson*, ubi murus ille & crypta sive foramen *Rostan*, Romanorum opus ad viam in Pedemontium patefaciendam; & proxime ad Doriam *M. Genereux*, *Oux*, *Exilles*: inferius ad Druentiam *Saumes*, *Beaufort*, *Estre*, *Menestrer* & prope ad Buediam *Serres*: ad Lezam fl. Rhodano se

se jungentem *Suze, Boulene* & *Mondragon* ad Rhodanum & fines Provinciæ opidulum cum Arce amœne situm: ab hoc ascendenti, ad Rhodanum & amnes in eum exeuntes occurrunt; *La Palu*, *S. Paul*, *N. D. des Plans*, Vicus religione peregrinantium clarus, in lata & læta planitie situs: in qua sequitur *Petralata* opidum lautum & negociis frequens cum Castro rupi impósito, ex quo prospectus super Berra fl. propinquo, ad quem altius *Grignan* opidum: & ad Rhodanum rursus *Donzere* loco amœno & nemoroso positum: tum *Chau neuf* & *Montelium Ademari* mediocre & pulchrum placidumque opidum muris fossis ac Arce munitum, hortis virentibus amœnum, & Capitulo, cujus fundator Ludovicus XI. nobile, negociisque frequens: situm ad ostium fere Rubionis fl. ad quem altius *Charroux*, *& Dieu le fit*: dein *La Tourette*, *Auriol*, & ad Drumæ ostium *Liberonis* opidum in rupe situm & munitum: oritur Druma ex *Lucii Lacu* ingenti, in quo apparent adhuc turres & fornices submersæ urbis; inde alluit *Diam* urbem & *Crestam*, opidum populosum munitumque fossis profundis, Arce & Turri pulchra, hospitiisque; ampla sedes Senescalliæ primæ Valen-

Dauphiné.
Mondragon
N. D. des Plans.
Pierre-late.
Donzere.
Montelimar.
Livron
Luc.
Crest.

Dauphinè. Valentiæ & Diæ: inde *Eſtoile Valence* & ad Iſaram Rhodano confluentem *Conſolens*: & altius ad Iſaram *S. Romans opidum* opulentum, Arce firmum, ad exemplar Hieroſolymæ ſtructum, Pontem habens inſignem Iſaræ impoſitum, ultra quem *S. Marcelli Vicus* celebris locus Victoriâ Fabii Dictatoris contra Allobroges pugnatâ: altius eſt *Pont de Royans*: & è regione in dextra ripa *Abbatia S. Antonii* opulenta & caput ordinis ſui: tum verſus Gratianopolin *Rives* ad amniculum ſitum opidulum, in quo fabrica laminum ſive verutorum ſatis periculoſa: Via inde Gratianopolin 3. mill. nitida & lapidibus grandioribus ſtrata à Deſdiguerio. Rurſus ſupra Iſaræ oſtium ad Rhodanum occurrunt, *Thin* Vicus comitis opidi Turnonii, è regione ſiti *Le Chau de Serve*, *La Maiſon de Pilate*. *S. Vallery* opidum ad Galabram fl. Ponte ſtratum. *S. Romans* edito loco: & interius *Mor* in monte ſitum opidum, prope fontem rivi juxta *S. Rambert* in Rhodanum fluentis: ultra eum *Rouſſillon*, *Auberive*, *S. Prix* Prioratus opulentus. *Pyramis Pilati*: *Vienna Communay* opidulum & *Guillotere* ſuburbium Lugduni urbis, ditionis tamen Delphinatus: inde juxta Rhodanum altius,

S. Romans. *S Marcel.* *S. Antoine.* *Rives.* *S. Vallery.* *Mor.* *S. Prix* *Guillotere.*

Vaux,

Vaux, Port Anton, & Tour du Pin ad oſtiũ *Savoye*
vivi, juxta quem altius *La Verpilliere* & *Tour*
Bourgoin, Quirieu, Moretel, & *Pont beau* *Tin.*
Voſin ad Guiam amnem Sabaudiam ab *P. beau*
Delphinatu ſeparantem : & inde juxta *Voiſin,*
Iſaram ad fines Sabaudiæ *Barraux* for- *Bar-*
talitium munitiſſimum. *raux.*

SEquitur hinc *Sabaudia*, *Ducatus no-* *Savoye*
biliſſimus ſed montoſus & ſterilior, quam *Iſara* & *Arcus* fluvii perluunt : *Rhodanus* Vero à Breſcia longe lareque ſeparat ; incolæ, (etiam feminæ,) deformes ſunt & ſimplices agreſtesque (nobiles excipe) & à literis alieni, gutturoſi plures, forte ab aquæ (quas potant) frigiditate ; in montibus animalia proveniunt felis magnitudine (*Marmots* voçant) quæ menſe Auguſto fœnum colligunt, cui indormiunt à medio Septembri uſque in menſem Martium ſine aliquo alimento : ceterum Metropolis ſive Caput Sabaudiæ eſt *Camberium* o- *Cham-*
lim Ducum quoque, nunc Parlamenti *beriam*
ſedes, urbs munda & amœna pluribus aquæ vivæ fontibus : ædes habens Genevenſibus, antica facie, ſimiles; Porticus Platearum vicem obtinent ; Arcem habet (Principis olim Domicilium) extrinſecus ſpecioſam, intus vero non ſatis ornatam : in Templo Cordigerorum magni-

Savoye magnificum *Ant. fabri* Præsidis & monumentum: Collegium PP. Soc. Jesu liberalitate ducis habent magnificentissimum: situs urbis amœnus in planitie cincta collibus, qui pulchris castellis & arcibus splendent. Prope abest *Monmelianum* opidum parvum ad Isaram in planitie situm, famam habens ab Arce ampla, instar opidi, & rupi imposita eminenti, adeoque munita, ut sit insuperabilis.

Mon melia am.

Cetera opida versus Arcum fl. sunt *La Rochette*, *Charbonniere*, *S. Iean de Morienne*, *Conflens* & alia loca egregie munita, inde versus Rhodanum & Genevam *le Lac de Bourget* occurrit, aquam continens purissimam pisciumque optimorum copiam, circum cultus burgis & pagis amplis, inter quos *Abbatia de Haute Combe*, sepulchris Comitum antiquorum nobilis. Hinc altius se offert *Lacus Nicius*, nomen, habens à vicino ei opido *Nicio*, quod hodie Ditionis Genevensis Caput, cujus situs amœnus & commodus commerciis ad oram Lacus & Tonnæ fl. inde in Rhodanum (hinc navigabilem) descendentis: Lacus hic quoque circum situs pluribus opidis ac pagis, interque eos *Savery*, & *Rumilly* secessus antiquus nobilitatis, unde ager

Lac de Bourget.

Haute Combe

Lac de Nycy.

Rumilly.

ejus

ejus (qui fertilis) Caſtellis frequentibus amœnus & ſplendidus eſt, Prope adjacet *M S. Martin*, & ad Arvam fl. per *Genevam* urbem in Rhodanum exeuntem *Cluſe*, *La bonne ville*, *La Roche*, *Chaſtelet*, *Borne*, & ipſe *Lacus Lemanus* ſive Genevenſis omnium amœniſſimus ac ſpatioſiſſimus, opidis ac vicis frequentibus egregie excultus & obſeſſus. *Genève.* *Merul Lac de Genève.*

AD extremum ejus, & in utraque Rhodani (ex eo emergentis) ripa *Geneva* jacet, olim Sabaudiæ caput, nunc libera civitas, operibus & ſitu munitiſſima: ut ſit quaſi clavis Helvetiæ vicinæ; intus ſatis capax, areas publicas habet amplas, plateas Porticibus commodas. ædes altas: & ex lapide fere vivo, magnificas: Templa numerat 3, habetque Xenodochium extus ad Rhodanum ſitum, ſumtuoſum. Ædificia Politica ſunt *Curia* monumentis ſpectanda: *Armamentarium* ei vicinum. Turris ſcil. craſſa in extremo inſulæ (in urbe ſitæ) ab Jul. Cæſare ſtructa. *Arx antiqua*; *Pontes* ſublicii 3. quorum duo ſuſtinent utrinque Molendina & ædes tabernasque artificium plurimas. Tertius, Macello propinquus, inſervit pulveris tormentarii operariis: Eſt & *Gymnaſium* illuſtre, & *Bibliotheca* antiquis *Genève.*

&

Genevæ. & rarioribus libris æstimanda: Portisque patet septem.

Aëre gaudet sereno ac Salubri: agro, vini, frumentique fertilissimo; Lacu & flumine piscium optimorum fœcundissimis: Hortis, olera & Legúmina optima ac sapidissima conferentibus: Pratis, item viridibus, ambulacris amœnis, prospectibus jucundissimis, collibus feracissimis, omniumque rerum, inprimis avium, caponum optimorum, & animálium ceterorum copiâ admirandâ: quæ omnia urbem mire commendant, & quia, hinc victus longe æquiore (quam in cetera Gallia) precio, exteros alliciunt & ad se trahunt: Hæc de Sabaudia.

Gex. Ultra Rhodanum hinc *Bressia* cum *Gexensi* Præfecturâ, sequitur: & quidem *Præfecturæ Gexensis*, territorio Genevensi adjacentis, opidum est *Gex* ad rivum positum, qui in lacum Lemanum excurrit: cætera opida & loca potiora sunt *Mæconnex*, *Ornex*, *Meisonnex*, *Malagny*, & *Versoy* ad Lacum. *Pency* ad Rhodanum: *Ressin* & *Dardagny* ad Londonem, qui limites ejus à *Bressia* separat & in Rhodanum abit: circa fontes ejus est *Aurifodina*, quæ aquis eam transcolantibus vim medicam confert adversus

is colicos & calculi dolores: locus fon- *La*
is *Thuillerie*, sive *Thueriſes* dicitur: à quo *Breſſe.*
non procul inferius *Puteus* cœlo plu-
vioſo aquas evomens ad haſtæ erectæ,
altitudinem.

BReſſia hinc juxta *Montes jura* *finesque* *La*
Burgundiæ Comitatus: inde ſecun- *Breſſe.*
dum *Rhodanum* extenditur ad Ararim
uſque, continens in ſe juxta Ararim *Prin-*
cipatum Vmbarum: mediam percurrit *I-*
danus, fluvius magnus rapidus & ad fun-
dum uſque pellicidus, ex Burgundia fon-
tem ducens inque Rhodanum perdu-
cens, è regione Portus Antonii: *Regio*
eſt frugibus, fructibusque fertilis & paſ-
cuis læta.

Caput ejus *Forum Sebuſianorum* ſive *Bourg*
Tanum paluſtri loco ſitum, prope Re- *en*
ſuſſiam fl. Ponte ſtratum, & per laram *Breſſe.*
ſilvisque opacam planitiem in Ararim
ſupra Matiſconam ſe exonerantem: Ad-
jacet opido *Abbatia Brou*, ſtructurâ ma-
gnifica, & ſepulchris Veterum Sabau-
diæ Ducum nobilis: ipſum opidum e-
gregie propugnaculis eſt munitum.

Cetera opida à Geneva ſecundum
Rhodanum deſcendenti occurrentia
ſunt: *Chancy*, fortalitium cum Ponte ſu- *P. de*
per Rhodanum, *Fort d'Ecluſe*: unde Rho- *Chancy*
danus ſe abdens, ſub terra fluit, emergit-

que

que ſupra *Pontes de Grezin* & *d'Arlay*; inde mox *Seſelium* irrigat, opidum triplex, in utraque ripa, & inſula media extructum. Pontibusque junctum, ita ut amplior ejus pars in ripa dextra exiſtat. Hinc *Bellay*, *Goulat*, *Courdon*, *S. Benoiſt*, *S. Sorlin*, *Ruſieu*, *Lonette* & *Gourdan* juxta Idani fl. oſtii ripas: *Paulet*, *Nieure*, *Ticq* juxta inſulam, & inde *Lion*.

La Breſſe.

Seſſeil.

Ab hac urbe rurſus *in via Genevam* verſus offerunt ſe interius ab Rhodano, primum *La Boiſſe* ad Sereniam amnicu-lum è lacu fluentem, ad quem *Monluel* opidum, *Verbonne*, *Chaſtillonnet*, & *Chaſtillon*, Arces in planitie ſtructæ propè Idanum; unde inferius juxta Idanum *Loyes*, *Mexemieu*, *Perouges*, *Le Bourg*: *S. Chriſtophle*, *Chazey* vicina ſibi invicem proxime ſita: *Idano* tranſmiſſo & Arbalina amne ſequuntur in via, *Chau Gaillard*, *Ambournay* opidum, & pagus *S. Iean le Vieil*; in planitie amœna poſitus. Hinc mons aſcendendus & deſcendendus rurſus ad *Sardon* uſque Pagum *Ducis Nemoroſii* in imo fundo ſtructum, paucarum ſed ornatarum ædium: inde rurſus præruptus & altus mons ſuperandus, & monticulus alius, latronum ſæpe latibulum; tranſeundique vici *Merignan*, & *S. Martin*, tum per Longam planitiem, &

La Boiſſe.

Verbon ne.

Chaſtil lonnet.

S. Iean le Vieil

Sardon

S Mar tin.

& juxta Lacum, & rupes inter saxaque capiti imminentia *Nantuam* pergis & pervenis; opidum hoc ædes quoque habet Porticibus tectas, & columnis sultas: famamque habet ab acubus, qui hic artificiose fiunt. Sequitur hinc *Lacus & Vorago* aquas ex montibus descendentes absorbens, *La Pisce vache* dicitur; hanc viator novus, ex mercatorum more, circumire cogitur, bene madidus ut memor loci sit, nisi redimere velit. *Lacus* ex opposito situs, qui *La Bougie*, audit, à ditionis ejus nomine, muro separatur, ejusque *pars* sapidæ & dulcis aquæ piscium que salubrium ad opidum Nantuam spectat: *altera* quæ superior, meras paludes & cannas habens, ad opidum *S. Germani*: *Echo* hic revocat verba ultra Lacum effusa distincte. Inde proxime ad sinistram est opidum *S. Germain la chevre* & mox superato monte *Chastillon*, ubi amplum Hospitium ad viam: unde non longe superato Ælii fl. Ponte, difficillimus *Mons Credo* superandus usque *Longeret* Pagum: cui prope adjacet *Cluse* Fortalitium situ munitissimum, & mox *Coulonge* opidulum: unde juxta Rhodanum *Vici aliquot & Geneva*.

La Bresse. *Nantua.* *la pisse vache.* *la Bougie* *Lac* *S. Germain.* *Chastillon.* *P. d'Oeculles.* *M. Credo.* *La Cluse.* *Coulon*

Cetera hinc opida Bresciæ juxta juræ montes sunt: *Chervy*, *Arban*: ad Idanum,

Arcan-

Lyonnois. *Aranton*, *Conflens*, *Povem*, *Pont d'Aine*: ad Arbalinam *S. Rambert*, *Tortieu*, *S. Germain*: ad Surantim *Fromente*: ad Reſuſſiam, infra Forum Sebuſianorum; *S. Trivier.* *Eſtré*, *Monrevel*, *S. Iulian*, *S. Trevier* Comitatus, & *Pont de Vaulx* Ducarus, no- *P. de Vaulx* bilia opida: ad Veliam *Poulat*, *Monfalcon*, *Chaveyria* Prioratus Cluniacenſis; *Varas.* *Pont de Voyle*, *Bage*: ad yrancium *Varas* *Villars* Comitatus: *Romans*, *Chanoz*: *Vileri* ad Calarinum, *Marchionatus dignitate* nobile opidum *Chaſtillon* & alia alibi.

Principauté d'ombes. Sequitur hic proxime Principatus *Vmbarum*, familiæ Borboniæ, hodie ad *filiam Ducis Gaſtonis ſpectans*: agrum habens omnium rerum fertilem & abun- dantem, caput ejus *Trivultium* ſupra *Trevaux.* *Barbaræ inſulam*, ad Ararim ſitum; ſequuntur altius in ripa Araris, *Beauregard*, *Monmerle*, *Thgyſſey*: & interius *S Trivier*, *Ville neufve*, & *Monbertaud*, Prioratus Cluniacenſis: *Amberieu* ad ſtagnum Eromantii amnis Fontem: *Marlieu* ad ſtagnum yrancii fl. fontem: *Challament* ad ſtagnum Veliæ amnis fontem, & alia.

Lyonnois. PRincipatui huic ſuccedit ultra Ararim *Lugdunenſis Provincia*, *cum ſuis* territoriis, ultra Ligerim hinc procurrens; continet enim & *Forenſem* & *Bellojocenſem* ditiones; ita ut finibus ſuis contingat

tingat *Burgundiam*, *Borboniam*, *Auver-* *Lyon-*
niam, *Languedociam Delphinatum* & *Bref.* *nois*
ciam, *Principatumque Vmbarum*: sita sub gradu latitudinis 45. *Ager* ejus juxta Araris & Rhodani ripas fertilis; pascuisque vinetisque amœnus: alibi tellure macra & leviore est: & Forensis regio fere asperior, pecori pascendo commodior, & ferri lapidumque fodinis dives.

Metropolis ejus *Lugdunum*, Archiepis- *Lyon.*
copi (qui *Primas* Galliæ) sedes, cui famulantur *Episcopi Matisconensis* & *Lingonensis*, (una cum Metropoli) Parlamento Parisiensi subditæ, & *Augustodunensis* ac *Cabilionensis* sub Parlamento Divionensi sitæ, urbs est *antiqua*, *ampla*, *pulchra*, *amœna*, *opulenta*, *munita*, *magnifica*, & omnium rerum copiâ *abundans*: Munacio Planco debet sua incunabula, sæpe eversa variâque fortunâ usa fuit, priscorumque rhetorum Ara formidatâ, hodieq; gazophylacium est Romanarum *antiquitatum*: *Ambitus* ejus est 6. mill. & 29. perticarum: continetque intra mœnia sua 2. *Montes*, scil. *S. Iusti* & *Sebastiani*: 12. *areas* amplas, & fluvium Ararim, qui eam perluens & dividens juxta mœnia Rhodano commiscetur: & sic habet planitiem & montes, terras

Lyonnois. ac undas, ædificia, & loca hortis, vineis, praris, & segeti relicta: ita ut vix

Lyon. alia reperiri urbs possit tam varia *amœnitate* insignis: accedunt commoditates *Victus* incomparabiles; *Vinum* intra & circa mœnia producitur generosum; frugum feracia arva urbem intus exhilarant & extus circundant: fructus omnis generis intra & extra urbem carpuntur: Horti, intus & extus amœni, olera & herbas suppeditant: greges quoque armenta & volatilia abundanti penu mensis inserviunt: pisces flumina copiose advehunt: insuper ex Burgundia secundo Arari vina optima & frumentum; ex Languedocia, Provincia & Delphinatu omnis generis fructus & vina, adverso Rhodano, subvehuntur: hinc *opibus* & *mercatura* supra modum floret; & non indigenis tantum, sed & variatum ac remotarum nationum Mercatoribus (quibus sua sunt Collegia & Privilegia) abundat. Estque celeberrimum totius Galliæ emporium: quo non parum faciunt *Nundinæ* annuæ urbi huic concessæ, nempe: trium *Regum*, *Paschatis*, *mense Augusto* & *omnium SS.* Clauditur 7 Portis egregiis: *Munitaque* est, situ, fluviis, fossis, mœnibus ac 3. Castellis, scil. *S. Claræ* ad Rhodanum: *La Pierre*

scise

ſciſe ultra Ararim in ſumma rupe pro- *Lyon-*
pugnaculis firmum: & *Triplex aliud in* *nois.*
Monte S. Sebaſtiani amœnè, & ad urbis *Lyon.*
defenſionem commodiſſimè ab Comitibus ſive Canonicis Eccleſiæ Cathedralis ſtructum: horum *infimum* 3. continet areas, 3000. militum, ordine locandorum, capaces: *medium* conſtat multis ſubterraneis meatibus. *Summum* hoſtem ab Arari & urbe removet. *Magnifica* inſuper urbs eſt *ædificiis Privatis & Publicis*: *Plateæ* quidem anguſtæ fere ſunt, & immundæ, unde fætor non exiguus: at *ædificia* iis inædificata, non ſunt vulgaris ordinis, ſed alta ut aër purus ea perflare commode poſſit, Quamvis extus non ſatis ſint nitida & conſpicua; inter *Areas* amœniſſima eſt *La belle Cour* ad Pontem Rhodani; locum faciens *Au jeu de Maille*, Sphæriſterüs & equili Gubernatori: Altera *de Conſort* Pyramidem oſtentat, in honorem Henrici IV. erectam: Tertia *de Change* byrſæ mercatorum inſervit: Quarta de *S. Niſier* foro olitorio: Pontem uterque fl. habet inſignem, & juxta eos munimenta adverſus inundationes egregia: Arari inſtructus Pons, urbis partes connectit, longitudine & latitudine conſpicuus, inſiſtens arcubus 9. Adſtructa ei Acte

Lyonnois Lyon. (*Quay*) mercimoniis ſtabulandis commoda. *Rhodani Pons* eſt arcuum amplorum 19. opus ſtructuræ ſuperbæ & firmæ, crux in eo lapidea denotat territorii Delphinatus Limitem: inter *Ædificia ſacra*, quæ hic plurima, eminet *Cathedrale D. Ioannis* ultra Ararim, ornatu & ſtructurâ ſuperbum; cujus Decanus Dux, & Canonici Comites audiunt: *D. Iuſti* Conventuale alit 25. Canonicos: ejusque Monaſterium omnium pulcherrimum eſt: *D. Thomæ Aquinatis* Collegiale alit 10. Canonicos, quorum domicilia hortis, & ſitu, ad Collem Veneris amœniſſima. Adjacet Area proſpectus amœni, & Vinea ampla in qua Theatri & Palatii Auguſti rudera: & pars muri antiqui, circa quem ſepultum putant Vitulum illum aureum, cui Auguſtus divinos exhibuit honores: *S. Petri* Templo adjacet *Virg. Monaſt.* quarum reditus ſimul & formæ excellunt: *Abbatia S. Martini d'Aiſne* omnium opulentiſſima, ob amœnitatem ſitus, Gubernatoris, æſtate, domicilium eſt. Sita eſt eo loco ubi famoſiſſimum illud Athenæum ſtetit, & Templum Veritatis magnificentiſſimum, in quo Romani eloquentiâ certabant: *in D. Georgii* æde Sacellum eſt, Lauretanæ forma & magnitudi-

tudine æquale : *Collegium SS. Trinitatis* egregie ſtructum, & totius urbis ampliſſimum, *PP. Soc. Ieſu poſſident* : Cetera ædificia Sacra in primis videnda ſunt. *Iuliana Virg. Ioannis Burgundi Carmelitarum: D. Virg. de Confort: S. Bonaventuræ, S. Spiritus: Cœleſtinorum.* His addo *Hoſpitale Charitatis*, Galliæ totius ampliſſimum, omnibus Regni pauperibus commune, Novum eſt, Ordine & forma gratum, diſtinctas habens contignationes, pro *pauperibus, ſenibus, ægris, infantibus* Orbis & expoſitiis *utriusque ſexus* : qui omnes piè educantur & curantur : & Adminiſtratores ſunt, Canonicus D. Joannis, Theſaurarius, Juſticiarius & 5. Mercatores. *Inter Politica ædificia Curia* et Nova, opera eximia oſtentans : *Palatium Iuſtitiæ* ad Ararim: *Armamentarium le Rigaudiere:* Domus *Antiquaria* in Trivio Montis Veneris: ubi in Horto *La grotte berlue thermarum fornices*, Romani operis : *Aquæductus* prope Portam trium fontium: *Aſylum* penes *Templum S. Niſieri*, *Hortus Gubernatoris* ampliſſimus, ambulacris, Porticibus, & Lucu, avium cantantium habitatione, amæniſſimus. *Regimen urbis* eſt penes quatuor Scabinos & Præfectum Mercatorum, qui ſingulis biennijs eligitur per Decanos *Lyonnois.* *Lyon.*

Lyonnois. opificum: Dividitur vero urbs in 36. regiones: *Cives* fere sunt Catholici: mille tamen & plures sunt Reformati, qui in *Lyon. Vlin.* pago *Vlin*, 1. ab urbe miliari, Templum habent. Hæc de urbe.

Extra urbem loca & Villæ amœnæ conspiciuntur plurimæ, inter quas non postremæ *La Duchere*, *La Claire*, & *La Gorge de Loup*: ædificiis, hortis & fontibus amœna, ulterius ab his in medio Araris fl. prope urbem est *Insula S. Barbara*, secessus amœnus civium Lugdunensium, conspicua est 2. Templis scil. *D. Virg.* in quo sepulchrum Longini, qui salvatoris latus cuspide transfixit, & SS. Martini & Lupi cui annexa Abbatia: Nobilis vero & celebris insula est, binis solennibus Processionibus, quæ Nundinis Paschalibus & Augusti, solenni pompa peraguntur. *l'Isle Barbe*

Reliqua Lugdunensis territorii opida & loca præcipua sunt, *infra urbem* ad Rhodanum *Fesin* insula longa & lata: & *l'Isle Fesin.* & prope ad Garonam *Vlin*, *Francheville*, *y'eron* & inferius ad Gierii ostia *Grigny*, *Bergna*, *Givort*, & altius ad Gierium, *Dargoire*, *Pont de Gies*. *Rive de Gies* opidum flumine divisum & Ponte egregio unitum: *S. Chaumont* in insula situm, *M. pila* prope *Pilæ Montem* 10. milliarium sil-

va

va veſtitum, in qua aquilæ & accipitres plures domicilia fovent: in gremio rupis, fontibus cinctæ, *uda* illa & quieſcens *Palus* ex qua tempeſtates prænoſci & oriri tradunt: aqua Fontis hujus frigiditate ſua bibentium ora tumeſcere facit: *Supra* Lugdunum ad Rhodanum occurrunt *Vaize S. Cire, Coulonges, Arbigny, S. Germain*, & interius *Chaſſelay* & *Anſe* juxta Aſergii fl. ripas, inde altius ad Aſergium, *Varenne*, ubi lembo trajicitur: *Marcilly Loſanne, Caſtille, d'Azergue, Taney* familiæ Capratiæ locus nobilis: *Brevil* opidum cum Ponte ad Suenæ amnis oſtium, ubi altius *S. Clemens, Valſonne*: & ad Tordinam fl. *Tarare* in via Lugdunenſi ſitum, ubi & *La Breſſe* inferius ad rivum Tordinæ ſe jungentem: ubi altius *Courzieu*, & ad fines Forenſes: *Greizieu La Marche: Chazelles S. Siphorien, Le Chaſtel. l'Aubeſpin* & alia. *Foreſt.* *S. Cier.* *main.* *Varenne.* *Taney.* *Brevil* *Tarare*

HInc *Forenſe territorium* longe lateque ſe ad utramque Ligeris ripam explicat, *Languedociæ Arvernie* & *Borbonie* fines uſque: cujus princeps opidum *Forum Romanorum* antiquum in Ligeris ripa dextra ſitum, & frequens ſatis commerciis: *cetera* opida *cis Ligerim* ſunt *S. Garmier* edito colli impoſitum, juxta *Foreſt.* *Feurs.* *S. Garmier.* *Font.* *Fort.*

Foreſt. *fontem fortem ſive Aluminis*; amnem ſcil. *Coiſum*, ita cognominatum ab aſperitate ejus minerali : aqua ejus vini penuriam ſupplet : Vino enim mixta, magna quamvis copia, illud non alterat, ſed potius animat, remediumque præſens eſt adverſus varios morbos, imo & tepefacta & farinæ commixta optime fermentatum panem efficit : ſed decoquendis cibis minime inſervit, quia nimis calefacta in vapores & fumos evaneſcit. Altius *Canavaletis amnis* in Ligerim abit, qui arenas volvit permixtas granis aureis puris, & aqua ejus lineam, ſupellectilem, ſola ſine ſapore, mundiſſimam reddit, magno accolarum commodo; adjacet enim ei *S. Stephani Furiani* opidum, cujus incolæ feræ Vulcaniam artem exercent, ita ut inde tota Europa celebre ſit, & malleorum ſuper incude cudentium ſonitus, urbem longe appropinquantes percipiant tanquam tonantis jovis murmura : adjuvant & artifices hoſce *tres* vicini *montes*, perpetuis *flammis æſtuantes*, carbonesque veros Lapideos, ex fodinis ſuis ſuppeditantes : & ex aliis proximis ferrum: inſuper *rivus* propinquus *ferrum* egregie *temperans* ; diceres vere hic Regnum Vulcano erectum inter populos

Chene-vaiet.

S Eſti-enne de-Furen.

nigros

nigros ex Africa huc translatos : Por- *Foreſt.*
to inferius hinc circa Ligerim sunt *S.*
Bonnet Castrum, & aliud *Monrond*, *Bou-*
Villaque amœna *Botionis* : & altius ad *tion.*
Ligerim *Rochetaille*, *S. Feret*, *Miniſtrol*
& alia.

Hinc ultra Ligerim descendenti occurrunt ad Ansam & Ligerim confluentes *S. Ragnebarti* pingue Ord. Bened. *S. Ram-*
Monasterium : & burgus *Bas.* Ligeris hic *bert.*
stratus Ponte lapideo in usum mercatorum ex Languedocia Lugdunum petentium. Inferius ad Veseſiam fl. *Monbriſon*, *Mon-*
Prætorium regiæ jurisdictionis, patria *briſon.*
Joan. Paponii Jcti. celeberrimi, & *Mons*,
Monverdun: & ad Linionem fl. *Noireſta-*
ble, *S. Didier*, *La Baſtie*, Villa Hortis a- *La Ba-*
mœnis & sumtuosis celeberrima, ma- *ſtie.*
gis vero glorioſus hic locus est amoribus Astreæ & Celadonis à Marchione d' Urfee, scriptore elegantissimo, ei concreditis : Sequiturque inferius ad *Deam amnem*, infra *ſilvam Magdalenæ*, *S. Iuſt*, *S. Marcel* & *Vrſè* Castrum *Vrſè.*
edito loco structum, unde omnis fere forensis tractus conspici potest : item inferius *Morru*, *N. Dame*, *Grand Pont.*
S. Germain, *La Val*, Papyrii Massonii *S. Ger-*
patria, opidum loco amœno ac salu- *main*
bri positum, agrum habens optimi *La Val*

Foreſt Lyon. vini fœcundum: tum *Pomiers* Ord. Be-
Pomiers. ned. *Prioratus*, in læta pratorum plani-
P. de Piney. tie ſitus. Spectantur hinc prope oſtium
Vilrez. *Dea* 5. *pila Pinei Pontis* quem Romani Ligeri inſtruxere: qui hinc quaſi, rupibus utrinque aquas ſtringentibus, ſtrangulatur *Vilrezium* uſque: & inferius ad Renaſionem, Silva & vicus *S. Magdalenæ*, *S.*
S. Aon *Aon*, *S. Andre* Caſtrum nobiliſſimæ *Albo-*
S. Andre. *næ gentis*, *Beaulieu* Prioratus Virg. Fontis
Beaulieu. Ebraldi: loca vino generoſo abundantia
Rohanne. Sequitur in ligeris ripa *Rodumna* burgus elegantiâ multas Gallicæ urbes ſuperans, dependens ab Epiſcopatu Claromontenſi, Collegium habet inſigne PP. Soc. Jeſu, & alia Monaſteria: nobile eſt ſede Præſidiali & electo: illuſtre inſuper Ducatus & Patriciatus titulis: magnificum ſtatione navium & Trajectu frequenti, cum enim ſitus ejus ſit ad viam Lugdunenſem, & Ligeris hinc navium capax, merces frequenter Lugduno hinc tranſportantur, navibusque inponuntur, quibus commode Lutetiam, ope novi aquæductus, ex Ligeri in Sequanam nuper deducti, deferuntur.

Beaujolois. Sequitur hinc rurſus inter Ligerin & Ararim *Comitatus Bellojocenſis*, ad fines uſque Matiſconenſes extenſus, antiquum

quum Borboniæ Ducum Patrimonium, nunc Lugdunenſis territorii pars : Caput ejus eſt *Belliocum*, opidum cum Arce ad Ardieram fl. ſitum : celebre & famam habens ab Virgine nobili *Anna de Beauieu*, Regis Franciſci 1. amaſia, quæ regis amore abutens, reginam thalamo & conſiliis arcebat, multumque auctoritatis aſſumebat : inferius ad Ardieram Sequitur *Belleville* & ad Ararin, inferius *S. George*, *Ioug Dieu*. Abbatia : prope ad Murgonem *Ville Franche* & interius ad Aſergii fontes *La Foreſt d'Olion*, *Guilermiers*: *S. Nizier d'Aſanne*, *Chamelet*, & inde Verſus Ligerim *Thizy*, *Regny*, *Charlieu* & alia. *Maſconnois* *Beaujieu*. *Belle-*

SEquitur hunc Comitatum, juxta Ligerim, *Epiſcopatus Matiſconenſis*, *Comitatus* antiqui *nomine celebris* : Præſuli Lugdunenſi & Parlamento Pariſienſi ſubjectus, quamvis *Burgundiæ concenſeri ſoleat*, & eodem cum Burgundis tempore Comitia convocet : quæ tamen ſeparata ab iis habentur: *regio* eſt læta & omnium rerum fertilis. Civitas ejus *Matiſcona* porrecta jacet ad Ararim, (qui Ponte inſigni ſtratus) recto longoque ad Orientem tractu, reliquis lateribus in arcus ſpeciem ſe formantibus, ſuburbium ultra flumen haber elegans, Tem- *Maſconnois* *Maſcon.*

Burgog. neDuc. pla ejus, annis 1562. & 1567. ab Hugenotis vastata fuere. Hic primum celebrari cepit ab Christianis Dies Dominica Regis edicto, quod in Synodo ibi celebrata, promulgatum: spectatur in

Cluny. hac Diœcesi ad Gronam fl. *Cluny*, *Abbatia* opulentissima, caput plurimorum Prioratuum & Monasteriorum, fundata ab Guilielmo Pio Aquitaniæ Duce, tanto structuræ luxu, tantaque majestate & amplitudine in nubes sublata, ut eminus spectantes eam, stupore defixi, subsistant; intus vero columnas marmoreas, inaurata laquearia aliaque splendida ornamenta videntes caligent, mirenturque unde tantum opum congestum sit.

Burgog. neDuc. SUccedit *Burgundiæ Ducatus* nobilissimus; Niverniam, Campaniam & Comitatum Francum finibus suis ceteris contingens, sub gradibus latitudinis 46 & 47. regio amœna simul & ferrilis; non tantum *frugum* & *vinorum* optimorum *mater* audiens; sed & *ordinum* ac *fontium*: *Fontium*, ob miram hic fluviorum scaturientium multitudinem: *Ordinum* ab Cluniacensi, Cistercienst & Turnochiensi Abbatiis; quæ singulæ capita sui ordinis.

*Dyon. Metropolis est *Divio*, *Parlamenti* nobilis-

bilissimi *sedes*, urbs totius Burgundiæ pulcherrima, & egregie munita: Templa habens 16. Abbatias 2. Xenodochia 5. & Sacellum elegans à Philippo bono fundatum: *Palatium* insuper *Regis* (olim Ducum) *Parlamenti* & *Cameræ Rationum*; aliaque Principum & magnatum 18. & plura: Exteri hic & in omni Burgundia exemti sunt Privilegio singulari, ab Albinagii jure. *situs* urbis amœnus in planitie, duobus fluviis muros ejus rigantibus; *Sustione* scil. & *Oscara*: *ille* rapidus urbem *perluit*: *hic* vero admodum pisculentus, mitiore fluit alveo multarum rerum usum subministrans: extra urbem Carthusianorum PP. insigne Monasterium est & Templum, sepulchris Ducum Burgundiæ magnificum: & in proximis urbi binis Collibus viniferis totidem Castella visuntur: *Talen* scil. situ & opere ad stuporem validum, & *Fontaine*, *S. Bernardi* Patria. *Burgon. Duc.* *Talen.*

Hæc de Parlamenti urbe *Divione*; cui subsunt Diœceses *Augustodunensis*, & *Cabillionensis*, sub Præsule *Lugdunensi* in spiritualibus. *Illius Civitas* est *Augusto Audunum Cæsaris Bibracte*, urbs olim amplissima, ut *rudera* plurima adhuc demonstrant, circuitus murorum, continentis 7. mill: hodie majorem partem vasta, *tun-*

Borgog & hortis campisque occupata consitis
neDuc. est: Superbis tamen coruscat Templis & Rachonis Episcopi septo monastico, miræque magnitudinis Polyandrio: situs ejus egregius: ad Austrum habet Canisium Montem, (ad cujus radices Arx,) inter meridiem & occasum muro cinctum, qui eam à reliqua civitate separat, in ejus medio *Martis Campus* 1000. passuum spatio novis muris circundatus, & opidanis frequens, à Septentrione *Arotio* fl. clauditur & firmior est.

Chalon *Cabillionensis Diœcesis* civitas est *Cabillonum Heduorum*, quæ & antiqua, & major fuit ut ex ruderibus apparet, Cæsaris exercituum horreum: & *Guntherani Regis Galliæ nepotis sedes* fuit, qui eam variis ædificiis ornavit, & in S. Marcelli Cœnobio sepulchrum habet: Clara est Comitatus titulo & duobus Conciliis ibi celebratis: ornata quoque fuit binis *Nundinis* quæ licet Lugdunum translatæ, immunitatum tamen & privilegiorum jura retinet toto Nundinarum tempore menstruo: *Divisa est in antiquam & Novam* urbem, *distinctaque Iurisdictione* Regia & Episcopali: Mœnia ejus partim ex Lapide solido & quadrato, partim ex molliore structa; item-

que

que *Arx* 4. propugnaculis regiis muni- *Borgog*
ta, mire urbem exornant : ornant & *neDuc.*
Templa, Cœnobiaque & alia ædificia, maxime vero *S. Marcelli Prioratus* opulen- *S. Mar*
tissimus in opposita Araris ripa, pul- *celli.*
cherrimis, Gothicæ structuræ, turribus superbiens, & ab Cluniaco dependens: *sita* est urbs in dextra ripa Araris fl. Ponte lapideo strati, porrectaque secundum eam recto longoque tractu, ut *Matiscona*: agro gaudens fertilissimo, & Cœlo saluberrimo: Huc usque de urbibus Episcopalibus.

Sequitur hanc inferius ad Ararim *Tornus*
Turnochium solo situm fertilissimo, ab flumine undique cinctum, Colles suburbicarii vini generosissimi feraces sunt: Nobile & spectabile est *Abbatia Ord. D. Bened.* loco editiore sita, quæ, nisi Templi Turres eminerent, Arx potius, quam Monasterium videretur; caput est multorum Prioratuum: Hinc orientem versus ad Silium amnem occurrunt *Brange* & *Laon* opida, & ulterius inter fines Comit. Franci *Cusellum* (*Secusium* Ammia- *Cuse-*
no,) ad radices montis juræ situm, rui- *aux.*
nis deformatum, & miram præ se ferens antiquitatem: *ab Oriente montes* habet amnesque, limpidæ, & potu suavis aquæ, in opidum tubis deductæ: montium

Burgogne Duc. tium clivi generosum vinum proferunt, quà se altius tollunt densiore horrent saltu, in quo omnis generis feræ stabulantur, & ursorum (maturas uvas deglubentium,) magnus concursus est: Herbæ medicæ hic non vulgares leguntur & Elleborum: accedunt & boli Armenæ fodinæ, argentique venæ: ab occasu planities est agri optimi uberisque, qui frugum omnium fructuumque copiam confert. Lacum quoque habet piscosum ad primum lapidem, ex rivis undique concurrentibus natum.

Cætera ad Ararim opida supra Caballinum ascendenti occurrentia sunt, *Verdun* *Virodunum* florens munitumque: Dubis *Bellegarde.* quoque ostio, opidum, *Bellegarde* olim *Surregium*: Ducatus titulo nobile, & aquis quoque amnium ac palude firmum, *Assone* *S. Iean de Laune*: *Assona* opidum parvum sed opulentum, Portuque & Ponte lapideo longo spectandum, atque Arce aliisque operibus adeo munitum, ut Clavis hac parte Ducatus habeatur; quo adjuvat subsequens opidum *Pons Arlicius*, *P. d'Arlier.* opere & situ quoque munitum propugnaculum Provinciæ: huic prope adjacet *Talenay.* *Talenay* burgus commode situs in insula quam Torsella Arari se miscens creat.

Hinc ad fluvios in Ararim excurren-

tes

nes descendenti rursus offerunt se *Selonge* & *Bussey* ad Venellam fl. qui aliquandiu sub terra fluit, & rursus emergit; ad Tiliam *S. Seigne, Solduc, Ys, Tille, Chaum, Berse, Ioulay*, & alia: ad Oscaram *Dyon* &c. Ad Valgiam, *Abbatia Cistertium*, ab Cisternis dictum, Odonis Ducis opus stupendum in Vastissimo Nemore exstructum an. 1098. Ord. S. Bernardi caput, quod agnoscunt supra 1800 PP. ac totidem prope Virg. Velatarum Cœnobia. Ad Musinum fl. *Nuitonium* gladiorum, opificio celeberrimum. Ad Bursoriam & Thurinum amnes *Belna* opidum antiquissimum, & nobilissimum, in quo *Mars* sibi locum armorum: *Charitas* Pietatis, & *Iustitia* Regiminis Palatia Elegerunt. *Munitissimum* enim est lacu & Paludibus vicinis, item muris propugnaculis & fossis 100 passus undique latis; Arce insuper adeo firma, ut insuperabile opidum judicetur: *Pietatis monumentum* est *Hospitale* opulentum & adeo magnifice structum, conclavibusque pluribus distinctum, ut Regium Palatium videatur potius quam pauperum & ægrorum hospitium: atrium ejus amplum perluitur rivo eodem qui urbem irrigat: habet & Rex ipse in eo conclavia sua:

Burgogne Duc.

Selonge.

Cisteaux.

Nuys.

Beaun.

Bourgogne comte. sua: *Iustitiæ Palatium*, & Regiminis, olim Parlamenti fuit, cujus *Cancellaria* hic remansit, pristinæ purpuræ reliquiæ. Ager quoque hujus urbis soli fœcunditate & vini generositate excellit: nam *Vinum Belnense super omnia vina recensent*. Reliqua opida hic illic sparsa sunt, ad Dehunam fl. *Vinoibourg*: ad Arotium, *Arnay*: *Toulon*: ad Icaunam *Ch Chinon.* *Chau, Chinon* Morundiæ caput, & *Chaumer, Lorme*, ad Curam *Ronveroy*, *Avallon* opidum munitum cum castro, ad Seram fl. *Saulieu* opidum antiquum: *Epaisse, Chablies: Noyers*, ad Armentio- *Semur* nem, *Semur*: Caput maudubiorum, in tria opida, muris separata, distinctum, *Flavig* *Ravieres*, ad Brennam *Viteau*: *Flavigny* *ny.* Heduotum Flavia, *Monbard*, in insula structum opidum ad Sequanam, *Canceaux*, *Duigny*, *Abbatia*, *Noue*: *Aisele* *Chastil* *Duc*, *Chastillon*, sedes Ballivatus Mon- *lon.* tani, opidum flumine in duo divisum, dives commerciis panni & tapetarum minorum: Castrum ejus Ducum antiquorum Domicilium in ruinis jacet, ad Ursam *La Margette*, *Poinson*, *S. Benoist*: & alibi alia.

Bourgogne Comte, Franche. BUrgundiæ Ducatui adjacet *Burgundia Comitatus Francus*, ita dictus, quia immunis est ab omni tributo, pa-

ret

ret Regi Hiſpaniæ, ceterisque ſuis finibus contingit *Campaniam, Lotharingiam, Helvetiam*, & *Breſciam*: Regio montibus, vallibus, ſilvis amœna: vino, frugibus, fructibus, & herbis oleribusque fœcunda: pecude, jumentis, gregibus, feris, & volatilibus copioſa, & ſic naturæ propriis dotibus abundans omnium, quæ commercia ob fluminum incommoditatem negant. *Bourgogne Comte*

Princeps ejus Civitas *Dola*, Parlamento & Camera Rationum magnifica, & *Academia* celeberrimâ illuſtris, ſita, *ad Dubin* fl. Ponte lapideo recta, amœna: Arce, mœnibus altis & propugnaculis ſtupendis munita: Templis ac ſumtuoſis ædibus ſuperba, populo frequens, nihilque deſiderans eorum, quæ ad urbis ſplendorem requiruntur: Forum habet quadratum & ſpatioſum: Prætorium cum carceribus ſpecioſum. Templum primarium D. Virgini ſacrum admirando opere pulcherrimum: Collegium PP. Soc. Jeſu elegantiſſimum: Bibliothecam in Collegio Hieronimiano optimam & alia: Hinc Altius ad Dubin fl. *Veſuntio* occurrit, *Metropolitana, liberaque & imperialis civitas*, ſita in valle amœniſſima & vini frumentique feraciſſima, quam *Dubis*, intra duos mon- *Dole.* *Beſançon.*

tes

Bourgogne Comte.

tes fere vitiferos, calcei equini instar ambit, & quibusdam quoque locis, accepto Ponte, intersecat: urbs est antiqua, ampla, pulchra, & egregia, situ ac propugnaculis, munita: vias habet latas, longas & elegantes, quas ædificia frontibus fere æqualia exornant: curia urbis Magnifica est, continetque Armamentarium, Granarium & Macellum: juxta Fons est, eximii operis, & aliqui alibi fontes salientes: Templa numerat plura & elegantia Sacella, ac Xenodochia 5: inter Collegia & Monasteria PP. S. Jesu excellit, interque Palatia plura Granvellanum magnificentia & ornatu eminet: juxta D. Joannis ædem Tiberii Cæs. Arcus Triumphalis ornamentum est, & antiquitatis monumentum & alia. *Regimen* urbis populare est, constans ex 14. personis, quæ ex urbis septem partibus, quibus ea discriminatur, eliguntur.

Secundo ab urbe lapide orientem versus opidum *Montron* occurrit, cujus naturam, situm, & commoditatem nemo non miratur, Turres habet & domos rupibus excelsis instructas.

Salins

Tertia Comitatus urbs est *Salina*, Præfecturæ *Caput*: *Principis Auraici patrimonium*, celeberrima fontibus salsis & sale

ale candido, perluit eam, & rapido ursu molas plures versat *Forica* amnis, munita est muris ac turribus celsis, ornata magnificis & editis ædibus, Superba Templis Collegiatis 3. Parochialibus 4. Pia Xenodochiis 3. quorum unum extra urbem: ager ejus cultu difficilior ob montium asperitatem; alioqui *Bourgogne Comte.*

——— *Fontibus omnia puris*
Hic sunt irrigua, & rivi de rupe cadentes
Prata per & campos labuntur murmure dulci.

Non procul ab est hinc *Arbosium*, opidum loco peramœno, & omnium rerum, vini inprimis optimi, abundante, ferum: *Suburbia* habens egregia; & undique montes, fontibus, vinetis, arboribus amœnos: valles arboribus fructiferis, Pomarii instar cultas, adeo ut nomen Arbosii, ab arboribus, opido esse putent: Non longè hinc ad Glaustinam amnem *Polichnium* spectatur, opidum mœnibus, turribus & Arce munitum, Forum habens augustum, ædes pulchras, plateas rectas & nitidas, quibus emundandis rivuli fluunt mirè oblectantes: agrum denique vini optimi quoque feracem. *Arbois* *Polygny.*

Infinitum fere aliorum opidorum provincia hæc continet numerum; quorum

Bourgogne. Comte

Ch. Chalon.

Beaume.

Blecterans.

Lyon le sauvier.

rum præcipua fere sunt *Castrum Caroli Magni*, monasterio Virg. nobilium illustre: *Balma* amplissimo ord. Cluniacensis Monasterio clara: *Blecterans* cujus ager tritici feraciſſimus, & *Arley* sedes olim Ducum, opida ad Silium fl. sita. Tum inferius *Lonsalinum* opidum elegans in plano positum ad Solvanum fl. emporiumque celeberrimum, quod omnem vicinorum montium (scil. *Monmoret* & *Montagu*) gloriam ad se transduxit, plateas habens amplas & rectas, ædes magnificas, Suburbia magna; *S. Amour* opidum amplum satis & potens, mercatoribusque frequens: *Orgelet*, opidum mercimoniis & lanificio florens, de quo dicitur quod habeat *Campos* sine gramine, *Fluvios* sine pisce, & *Montes* sine Nemoribus.

S. Amour.

Orgelet.

Nozereth.

Altius hinc prope Idani fontes *Nozereth* se offert, opidum ædificiorum splendore & civium humanitate nobiliſſimum: *Arcem* habens firmam de Turribus 8. superbam: olim ob loci pulchritudinem & Venationis commoditatem Ducum sedem: emporium est celeberrimum Nundinis annuis 4. scil. festo *Purificationis*; initio *Quadrageſimæ*: post *Pentecoſtem*, & initio *Novembris*. Insuper festus D. Antonii tutelaris dies solennis

est

est ludis, tripudiis & conviviis lætissimis, confluitque ingens hominum multitudo & puellarum copia. Hodie Principis Arausii patrimonium est una cum *Salinis & Rene*: Abjacet non longè *Vars* pagus cum Arce & vivario nemoroso muris cincto. Item *Monrivaux* Arx fontibus miris illustris: & alia. *Bourgogne Comte.* *Vars.* *Monrivaux.*

Cetera opida præcipua sunt ad Idanum inferius sita: *Cise*, *Monsaugeon*, *Clerval*, *P. Sorlin*, *Arinto*, *S. Claude* ubi Monasterium Regum sepulturis spectabile: item ad Dubin. *La Motte*, *Pont Arlun*, *S. Hippolyte*, *Monbelgard* Comitatus Ducis Wirtenburgici: *l'Isle Baume* & alia: ad Ararim, *Luxeul*, aquis mediis & Cœnobio insigni clarum opidum. *Vesoul* opidum validum & ædibus pulchris lautum, vitibusque suburbanis amœnum: & fonte propinquo admirandum. *Granvelle* equis gradiariis, canibusque ferocibus celebris. *S. Loup*, *Gys*, optimo vino, quod magnatum mensis inservit nobile. *Dampierre*: *Gray* urbs amœna simul & magnifica Templis, fontibus, plateis, ædibusque publicis ac privatis, munita mœnibus, turribus ac propugnaculis; *dives opum variarum & nullius indiga cultus.* Ultra Ararim, quo Pons transitum dat, patentes habet cam-

S. Claudi. *Monbelgard* *Luxeul.* *Vesoul.* *Grandvelle.* *Gys.* *Gray.*

Lorai-ne. campos, omnium rerum copiâ fœcundiſ-ſimos, fructuumque varietate ac paſcuorum mira felicitate excellentes.

Lorai-ne. BUrgundiæ hinc ſeptentrionem verſus ſuccedit *Lotharingiæ Ducatus* nobilis, cæteris ſuis partibus *Campaniam*, *Lutzenburgum*, *Treviros*, *Palatinatum* & *Alſatiam* contingens: Regio omnium rerum ferax & nullius indiga, mediam Moſella rigat fluvius pulcherrimus, cujus ripæ vitibus, vini optimi feracibus, & arvis frumentariis nitent: extrema *Nancy* ejus Moſa alluit: *Caput ejus Nancejum*, Ducis ſedes & aulæ: urbs non magna, ſed pulchra, & Ducis Palatio ſive Arce ſuperba: Templis & Principum Sepulchris magnifica: Armamentario ſumtuoſa, fortalitiis & Propugnaculis admiranda; ſinu ad Ravonem fl. amœna: Parlamenti Regii vero ſedes eſt *Metis*, urbs *Mets.* antiqua, magnifica & ampliſſima: uti quæ vaſto ambitu ſuo 9000. paſſus complectitur: Moſella & Sella fluvii eam cinguut & perluunt, unde plures iis Pontes inſtructi, munitiſſimaque eſt ſitu Arce & propugnaculis, vivo lapide veſtitis: Templum Epiſcopale habet pulcherrimum, & (quod rarum) omni ex parte conſummatum, Capituloque 100. Canonicorum magnificum: ad quod

quod multis gradibus ascenditur: juxta est Forum rerum venalium, altiorem Areæ partem occupans, ex qua undique versus muros paulatim descenditur: Nihil dico de ceteris Ecclesiis: & Conventuum numero nihil de Xenodochiorum Ordine. Hoc tantum addo quod hæc civitas contineat intra sua mœnia. *Legem gratiam & peccatum. Legem* judæi repræsentant, qui hic vicum separatum & Synagogam habent, ut Avenione. *Gratiam* Catholici cum Ecclesiis, altaribus & sacrificiis: *Peccatum* Hæretici Hugonotæ quibus hic Templum est & errandi libertas. *Lorainne.*

Altius ad Mosellam *Tullo* se offert, urbs quoque Episcopalis antiqua & munita, cujus *Episcopus Comes Tullensis* & sacri Romani imperii Princeps audit, uti *etiam Viroduni Episcopus* titulo gaudet, Comites omnes 3. sub Præsule Treverensi: *Toul.*

Est autem *Virodunum* civitas ampla ad Mosam fl. sita, qui eam in tres partes dividit, ut Lutetiam Sequana, unitur-que rursus Pontibus: munivit eam nuper Ludovicus 13. Arce, propugnaculis, firmissimâ. *Verdun*

Cetera opida ad Mosam sunt *La Mot-* nuper eversum: *Vauconleur*, nobile *Vau-*

 conleur

Tungri Trajectum defluens in Mosam se exonerat: Distat Leodio IV. milliaribus, estque tectis ac civibus satis frequens, Et *Comitatus Hasbaniæ caput.*

Tongeren. OPidum *Tungri* positum ad dictum Jecoram, Leodio, Trajectoque pari trium leucarum intervallo abjunctum: hodie humile & ignobile Hasbaniæ opidum, alioqui antiquissimum, & vetus Tungrorum sedes, cujus nominis & alibi his in locis exstant vestigia; ex hac urbe Regia Pipini ac Caroli magni majores orti: in hac, Hunnorum per Europam inundatione, Divorum templa supra centum, structuræ admirandæ, funditus eversa: nec de vereri suo splendore aliud hodie reliquum habet, quam vestigia quædam & rudera, intus forisque visenda: inter alia vero admiranda, illam viam, quæ à Tungris recto itinere, per LXXX. circiter Leucas (id est Italica milliaria pœne CC.) Lutetiam usque porrigitur. Quam viam ingentes quædam toto passim itinere viatoribus occurrentes relliquiæ, totam olim Lapidibus stratam fuisse, palam ostendunt: amplius exrant passim vestigia continuati olim & cohærentis muri, qui & viam utrinque muniverit, & quo marginata ipsa, pulvilli seu ag-

geris

erum peſsima quadam conſuetudine ad ignaviam ac mutua inter ſe diſsidia, quam ad laborem & amicitiam, proniores. Sermo eorum communiter Gallicus, ſed corruptus & admodum abſurdus, quamvis eum indies poliant ac emendent, ita ut nobiles, & qui in ordine aliquo ſunt, pure ſatis & expedite loquantur. *Leod. Epiſc.*

Eſt Leodium quidem urbs imperialis, ſed in quam tamen nihil juris habeat imperator, niſi quod bellum cum Turcis geſturo, ſuppeditare debeat aliquot milites, ſeu pecuniam potius in eorum ſtipendia erogandam. At in Civili ſimul & Eccleſiaſtica re ſupremo Epiſcopi ſui imperio ſubeſt, iis interim privilegiis atque immunitatibus gaudens, ut ceu libera quædam reſpub. à Conſulibus ſuis, Senatoribus, aliisque magiſtratibus oppidanis populariter gubernetur. Et in Eccleſiaſticis quidem primò Coloniam, inde Romam: in Civilibus verò modò certam pecuniæ ſummam lis excedat, Spiram & imperialem ſibi Cameram provocat: Olim vero & literæ, omnesque honeſtatis diſciplinæ adeo quoque hic viguerunt, ut domicilium hic uno eodemque tempore haberent, ac Muſarum ſacris operarentur ix.

Leod. Episc. Filii Regum. XXIV Ducum ; XXIX Comitum : Dynastarum vero & Procerum longe plures, qui tantorum Principum filii, si non omnes, quod multi tamen adfirmant, saltem bona ex parte Canonici erant (vide quæso in quanto tunc pretio res Ecclesiasticæ) augustissimi ejus Collegii, Divo Lamberto Sacri.

Huc usque de Leodio sede Episcopali Provinciæ: Sequitur *Bullonium Ducatus* titulo insigne, & in adsitos aliquot pagos imperium possidens: oppidum hoc olim fossis valloque clausum fuit, hodie Arcem habet munitissimam, edito monti impositam, XVI circiter miliaribus à Leodio dissitam, in territorio Lutzenburgico : ab hoc Gothofredus Bullonius nomen habet, qui, susceptâ in terram sanctam expeditione, ditionem illa Oberto Leodiensi Episcopo vendidit: videturque ad præsens hic Ducatus in ditione Ecclesiæ Leodicensis at obtendit hic rationes quasdam, & jura Princeps Sedanensis, tanquam hæres clarissimæ Domus Marchiæ, sic ut Ducem Bullonii se inscribat: ipsa Ditio tamen vi Pacis anno 1559. inter Christianissimum, & Catholicum Reges initæ, restituta est Leodiensium Præsulibus verum id citrà jurium Domini juni-

Bouil. lon.

concreſcunt pulcherrimum : Item ad Sellam fl. burgus & *Lacus Lindricus*, cuius circuitus 14. mill. optimos Carpiones nutriens; *Dieuſe*, *Marſal* opidum munitiſſimum loco paluſtri ſitum, *Monvic*, *Vic*, duo loca quoque munita & *Chaum Salin*: omnia Salinis ditiſſimis clara oppida; tum *nomeny* & *Metz*. & infra Metim ad Moſellam *Theonville* opidum munitiſſimum & amœne ſitum: quod Carolus Magnus tertiam Imperii ſedem in Germania inferiore, fecit, ob ſitum ejus oportunum in ditione Lutzenburgica: Sequitur *Siric* opidum quoque munitum & inde *Archiepiſcopat. Trevirenſis*, cujus Metropolis *Auguſta Trevirorum* urbs veruſtiſsima & nobiliſsima & olim Princeps omnium inter Pyrenæi & Rhenum ſitarum urbium; & ſedes Imp. hodie ejus Præſul elector eſt S. R. Imp. & Magnus Franc. Cancellarius: ſita eſt ad Moſellam in valle amœna ac fertili omnium rerum & inprimis vini delicati.

Lorraine.
Lindre & Lac. Marſal
Theonville.
Trier.

Hæc de *Gallia*, nobiliſsimo & potentiſsimo Europæ Regno, totiusque *mundi Oculo* & Margaritâ; cui ſoli & uni privilegium hoc cælitus conceſſum, ut fertilis ſit bonorum omnium; ita ut nullibi apud peregrinos quicquam reperiatur tam

Lorai-ne.

tam rarum & carum, quod Gallis non sit domesticum & commune: Galliaque sit creditrix ditionum omnium, debitrix nullius: & meritò quidem; cum enim Gallia sit virtutum & scientiarum omnium sedes & secessus, certè convenit, ut & omnia elementa conferant ei fœtus suos rarissimos, eaque supra omnes totius orbis regiones optimè à natura dotata sit; ut eximiæ ejus dotes non tantum in ipsorum indigenarum genio ac indole, ad omnium virtutum actiones & scientiarum doctrinas, promptissimâ, eluceant; sed & in terræ felicitate ac cœli optima temperie omnium oculis se inferant.

GALLIÆ

Descriptioni adjunximus paucis vicinas

PROVINCIAS BELGICAS,

Et

LEODIENSEM DIOECESIN,

Tam propter contiguam vicinitatem, quam Linguæ Gallicæ fere commercium.

EPISCOPATUS LEODIENSIS

Leodienſis autem Diœceſis ad fines Brabantiæ,& Namurcenſis comitatus ſita, juxta utramque, Moſæ fluvii ripam extenditur, ad *Hannoniæ & Galliæ uſque terminos:* Cœlo fruitur clementiſſimo & temperatiſſimo, adeò ut per totam fere provinciam, ac præcipue in Leodienſis urbis vicinia, ſatis bonum naſcatur vinum, quamvis exile & tenue: Carnis, Piſcium, ferinarum Venationum ingens copia eſt: ut vix poſſibile æſtiment regionem aliam reperiri pulchriorem, feliciorem ac fertiliorem: ſive aërem ſpectes, ſive limpidos amnes undique agros irrigantes; ſive ſilvas opacas, montes, vallesque, vinera & fructus, per omnem vicinum agrum provenientes; ſive tandem ferinarum venatum, piſcationem divitem,

Leod. Episc. amplumque aucupium cuiquam comparare velis. Nam ut paucis dicam: tegio est prorsus felix & admiranda, in tantum ut vulgò dicatur (*le paradis des prestres*) & *Ioannes Mandevillus* eques Britannus, idemque Medicinæ Doctor clarissimus, qui inter alias suas heroicas actiones, tam varie & mirabiliter per orbem terræ peregrinatus est, neget se ullam vidisse regionem quæ præ hac sibi arriserit, quare & in urbe Leodio reliquum vitæ exegit: præter enim cœli temperiem, situm amœnum, terræque fructuum bonitatem, innumerabiles alias commoditates, gratiasque *cum libertate* conjunctas possidet: adeoque *thermis* aquarum calidarum à Natura dotata est: atque haut procul opidulo *Spâ.* *Spâ* v. Leodio mill. *fons* est acidus (*Zoerenborn*) vocant accolæ: *Lucus* est amœnissimus Ardennæ silvæ ramus, pluribus aquarum scaturiginibus limpidissimis refertus. quarum aliæ aliis proditæ sunt proprietatibus ad varia morborum genera efficacissimis.

Porrò Episcopatui huic subsunt complures urbes, arces, pagi & municipia & supremæ quædam dignitates: Præter enim antiquam illam Episcopalem Cathedram & *Ducatum Bullionensem*, in-

scribit

cribit & *Marchinoatum Francimonta-* *Leod.*
num, nec non *comitatus Lootzenſem &* *Epiſc.*
Haſbiniæ: cujus caput eſt *urbs Borchuvor-*
mia, *Baronatus* inſuper multos numerat.
Et LII. primarii nominis ditiſſimas *Ab-*
batias: Continentur autem hac ditione
præter partem urbis Trajecti ad Moſam,
XXIV. Opida muris clauſa: *Leodium* ſcil.
metropolis, *Bullonium*, *Francimons*, *Loot-*
zia, *Borchuvormia*, *Tungri*, *Huyum*, *Haſ-*
ſeletum, *Dinantum*, *Maſacum*, *Stockke-*
mium, *Bilſa*, *Trudonopolis*, *Tuinum*, *Viſe-*
ium, *Varenum*, *Beringa*, *Herca*, *Brea*, *Pe-*
ra, *Hamontum*, *Sineia*, *Foſſa* & *Covinum*:
Pagos adſerunt eſſe ſupra mille ducen-
tos, in quibus *Baroniæ* & *Toparchiæ* com-
plures: ſed præcipua tantum hujus di-
tionis opida & loca paucis delineabo, in-
itio facto ab ipſo omnium capite, & ce-
leberrima urbe Leodio.

Leodium itaque urbs, quæ & Legia *Luyck*
dicitur, (ab amne forte Legia, qui ad
Anſium pagum natus, tertiâ inde Leu-
ca, eam illabitur ac Moſæ inibi ſe miſ-
cet) ſita eſt prorſus mirifice inter colles
& montes in amœniſsima valle ad Mo-
ſam flumen, quod duplici cornu eam
ſcindit, pluſculas creans inſulas e-
legantiſsimas & habitatas: ſub gra-
du logitudinis XXVIII. Laritudinis

Leod. Episc. L. & 51. minut. Præter Mosam & Legiam, interluitur quoque aliis tribus rivis, Ura, Vesa & Ambluaria, qui orti in Ardenna silva Mosam hic influunt, & præstabiles præbent pisces, urbisque hujus adeo inserviunt commoditati, ut vix ullus sit sub ea vicus qui non suum fluentum habeat: Manant insuper tota urbe & aliæ quædam non limpidæ minus quam juges aquæ: unde pulchri porro & frigidi passim fontes tanta copia, ut ne domibus quidem desint, imo complures invenias tribus aquarum viventium fontibus instructas, rem non utilem minus quam præclaram. Civitas capax valde & ampla: sic ut arduci quosdam montes, plusculas valles, varios aquæ perennis, rivos & pulcherrimas aliquot vineas complectatur: Plurima continet ædificia miræ pulchritudinis, idque è vivo saxo: Præsertim vero Palatium Præsulis, eâ magnificentiâ splendoreque structum, ut, si operi summa manus accederet, meritò inter orbis prima numerandum sit: Civium item domus pulchræ & commodæ sunt. Sed quod cultum Divinum attinet non est ulla per Galliam universam, perque inferiorem simul & Superiorem Germaniam urbs, quæ si ædium quidem sacrarum,

crarum, cenobiorumque, & id genus lo- *Leod. Episc.*
corum copiam, ſive majeſtatem etiam & ſplendorem, ſive opulentiam denique reſpicis, cum Leodio comparanda ſit. Habet enim hæc noſtra VIII. Luculentiſſima Canonicorum Collegia: & in iis ampliſſimum illud D. Lamberti, civium tutelaris; quod à D. Huberto, approbante Pont. Max. inſtitutum fuit, & tam amplo dotatum cenſu, tantaque ac tali auctoritate inſtructum, ut ſecundum Epiſcopum in adminiſtrando Epiſcopatu plurimum poſsit: Non admittitur vero hic ullus Canonicus, niſi vel ſtirpe nobilis, vel Doctoris, ut minimum Licentiative titulo commendetur: admiſsi (niſi & ſacris ſint initiati) quandocunque placuerit ab inſtituto reſilire, & uxoribus copulari poſſunt. Viſuntur in veneranda iſtac æde complures reliquiæ ſacræ, miro auri atque gemmarum ornatu collucentes. Inter alia vero equeſtris ſtatua D. Georgii Juſtæ magnitudinis ex auro puro, quam Carolus audax, Dux Burgundiæ, in pœnitentiæ ſignum, ac ceu mulctam ſibi ipſi impoſitam, quod expugnatam urbem crudeliter nimis atque immaniter habuiſſet, templo quondam donavit: Habet inde IV. Longe ampliſsimas Ab-

Leod. Episc.

batias virorum: Fœminarum III: Item IV. ordines mendicantium: quorum sunt qui duplex habent cœnobium, puta PP. D. Franciſci, alterum Obſervantium, alterum vero Conventualium: Habet XXXII. Parochias: inter quas potiſsimum eminent B. Virginis D. Joannis Baptiſtæ & S. Servatii: Habet denique alia multa Templa & Monaſteria, Xenodochiaque optime inſtituta, ac laute ſatis dotata, ſic ut intus foriſque in ſuburbia centum & amplius numerentur Templorum moles. Unde ſuo jam tum (quod eo magis conſiderandum eſt) ævo dixit alibi, nec immerito Petrarcha: vidi Leodium, inſignem clero locú: utiturque hæc civitas in gravioribus ac majoris momenti rebus pervetuſto ſigillo, cum tali elogio: *Legia Romanæ Eccleſiæ unica Filia*: magnum dignitatis argumentum. Habet item Leodium XXXII. artificum Collegia quorum ingens in univerſa rep. eſt auctoritas, ita ut nullum promulgari poſsit edictum, nullum pupublicè capi conſilium, niſi accedat eorum conſenſus: ac præcipuum quidem eſt illud vaſculariorum, antiquiſsimum vero ferrariorum: urbs autem admodum eſt freques: cives ejus ingenioſi, ſagaces, & ad quicquid audendum prompti, verum

teris speciem obtinuerit: Quod tam ar- *Tungri*
duum opus Posteritas admirata, tridui atque trinoctii spatio, à malis geniis exstructum confixit: Gallice audit la Chaussée, ac Romanum omnino videtur ac priscum opus, quod moliti sint ipsi ut populos illos haberent occupatos, ne videlicet nihil agendo, male tandem agere discerent.

Visitur & *Tungris* extremæ antiquitatis *Templum* perexiguum illud & *Herculi* olim, ut ex Dei ejus effigie portæ impositâ liquet, à gentilibus dedicatum. Item *Templum* pulcherrimum nec novitii operis *D. Virgini sacrum*, in quo plurimæ ostenduntur venerabilis Virginis matris ac Discipulorum servatoris nostri reliquiæ auro & Gemmis inclusæ. Celebratur quoque in hoc oppido ab aliquot retrò annis perinsignis quidam singulis septimanis equorum mercatus, quod jumenti genus è Germaniâ Belgicaque abunde huc solebant conducere: sedes olim Episcopalis hic fuit, ab S. Servatio anno 444. Trajectum translata. Cessit deinde Dominium ejusdem S. Huberto primo Leodiensi Episcopo Caroli Martelli donatione anno 713.

Sequitur *Huyum*, ab Hoyo fl. qui opi- *Huy.*
dum

Leod. Episc.

dum hoc interluit ac in duas fere æquales partes scindit, atque illic rapidissimus Mosam influit, sic vocatum. Antiquis temporibus famosum, amplum, & potens fuit, dicebaturque ex quorundam sententia, Benefactum, hodie ob crebras à Barbaris eversiones splendorem & nomen amisit: opidumque primarium Condrusiorum (vulgo Condrons audit) quæ ad Mosam Regio est versus Luceburgos. Pontem habet pulcherrimum & admirandum, quo urbs Mosâ secta, conjungitur: Arcem insuper munitissimam & structuræ artificio inprimis elegantem, Cardinalis Episcopi Groesbequii opus: Distat Leodio quinto milliari. Ager opido circumjectus dives est, optimi ferri venis; ideoque complures hic officinæ ferrariæ: Pecoris item sat magna vis: Porro ad dextram Mosæ ripam (ubi melior urbis pars) forum est, & in ejus medio fons. Templa habet multa, & ipsum Primarium D. Genetrici sacrum, altum & amplum: inter hoc opidum & Leodium multi sunt ad utramque Mosæ ripam pagi: & quidem sinistram secundo flumine 1. mill. ab urbe *Gemeppa*, longissima series ædificiorum non contemnendorum, ripam exornat: Mosæ ubique si-

Gemep Fe.

cia

tes amœna, rupes acclivíores, vinetis Leod.
ut plurimum à ſummo ad ipſum uſque Epiſc.
fluminis alveum conſitæ, vel ſilvis hor-
ridæ, ſi quæ ad Solem orientem aut me-
ridianum non ſpectant. *Leodium* primo Luyck.
aſpectu oſtentat in ſiniſtra ripa, (nam
dextra vinetis plena eſt) magna & po-
puloſa ſuburbia ad collium radices, in
montorum jugis multa ſunt & pulcherri-
ma Monaſteria: ubique fere horti ac vi-
ridaria amœna, quæ vel in planitie juxta
aquas, vel in ipſis collium, qui hic im-
pendent jugis ſuosquoq; habent fontes, &
pulcherrimo fruuntur tantæ urbis pro-
ſpectu: hinc oriente die tot clarorum æ-
dificiorũ culmina aſſurgere, eadem dece-
dente paulatim capita ſubmittere videas.

Sed pergamus ad Reliquâ opida:
Haſſeletum adſidet flumini Demeræ, Loſ- Haſſelt
ſenſis comitatus opidum, Trajecto IV.
Leodio VI. Leucis abjungitur; ædificiis
ſimul & civibus ſatis frequens.

In finibus *Haſſeleti* ad idem flumen
Curingæ eſt, amplus atque amœnus ad- Curin-
modum Pagus, ſpectabilis luculento ga.
illo Palatio, quod ædificari hic juſſit, &
pulcherrimis hortis inſtruxit idem ille
quem ſæpe dixi Cardinalis Marcanus:
Atque hoc loco, ceu amœniſſimo quo-
dam ſeceſſu, utuntur creberrime Reve-

ren-

Dinant rendissimi isti Præsules & cum Aula in eo subsistunt.

PORRO *Dinantum* dictum putant à Diana, quæ & templum hic habuit & sacerdotes: Assidet dextræ Mosæ ripæ, & Boviniaco quod ad alteram ripam est, leucæ tantum quadrante, Leodio plus XII. Leucis abjungitur. Fuit vero & istud opidum magni nominis, ac mercimoniis olim floruit, sed tum bella tum alii rerum humanarum casus sæpius destruxerunt: positum est in magnâ atque augustâ valle inter altissimos montes, à Carolo Burgundo fere solo æquatum fuit, instauratum postea à Carolo Marcano, qui arcem adjecit in eminentissimo rupis vertice, & illam anno 1554 Henrici II. Gall. Regis miles pœne attrivit: atqui & opidum postea instauratum & Arx, quia scilicet Ager opido circumjectus probus, & compluribus nigri marmoris, ferri, æris, ac aliorum etiam lapidum operariorum venis longe uberrimus est, unde & divites hic multi cives, quoque passim in ipsa usque Britannia negociantur.

Masseick. *Masacum* sive Dryopolis Stockhemio duabus, Leodio VII. Leucis abjungitur opidum non incelebre ad lævam Mosæ ripam, Primo huic milliari. *Thorn.* *Ab.* *Thorn* est

amœnissimus locus, & magna emi- *Thorn.*
nentique & pervetusti instituti *Abbatia* *Abb.*
memorandus. Non admittuntur enim
in Nobilissimum istud Canonicarum
Collegium nisi Comitissæ ut vocant, &
Baronissæ, vel ut minimum equitum
nobili stirpe prognatorum filiæ, quibus
licet, ubi visum est, nubere: sed non
gaudet hac facultate Antistita, quæ su-
premam in agros & pagos aliquot cir-
cumjectos, non in ecclesiasticis tantum,
sed & civilibus causis jurisdictionem
exercet, lautissimo censu instructa. Agit
in clientelâ, sacri Romani imperii, eâ &
auctoritate & præeminentiâ, ut gaudeat
monetæ ex auro argentoque signandæ
facultate: ita quidem ut splendide pror-
sus & magnifice vivat, Sacellanos atque
Canonicos, item alios minorum gen-
tium administros ad cultum Divinum
alat: Condidit hanc nobilem Abbatiam
Anfridus Comes Hugiensis, anno circi-
ter 972.

Stockkemium bonum satis opidulum *Stock-*
ad Mosæ ripam Trajecto tribus, Leodio *kem.*
VII. Leucis abjunctum, cui adhæret
Arx munitissima ab eodem Cadinali
Marcano restituta.

Bilsa Modicum item est opidū altero *Bilsen.*
à Trajecto, quarto à Leodio milliari
situm,

Bilsa ſitum, juxta illud ad Teli jactum ad Demeram flumen, quod hic fere oritur, pagus eſt ſedi Leodienſi ſubditus, & ampliſſima *Abbatia* (*Munſter Bilſen* vulgo appellant) conſpicuus. Eam itidem colunt Canonicæ nobili ſtirpe prognatæ, quæ & ipſæ cum viſum eſt, nubunt, quarumque Antiſtita ampliſſima juriſdictione & luculentiſſimis annuis cenſibus gaudet. ipſe locus & amplus eſt & magnificus, templo ac Monaſterio ad miraculum pulchro, aliusque horſum, ſpectantibus ædificiis exornatus: Cænobium dedicatum eſt S. Amori.

S. Truyen. *Trudonopolis* vulgo S. Truyen, ſedes olim, ut volunt Centronum, Tungris tertio, Leodio verò ſexto milliari diſſidet: opidum bonum ac pulchrum cujus incolæ lingua utuntur Brabantinâ quæ & quatuor ultra verſus Leodium leucis in frequenti eſt uſu; quare etſi pareant Sedi Leodicenſi, Brabanti tamen haberi atque agnoſci volunt: eſt hic nobile illud *Cænobium* D. Trudonis opido à ſe faciens nomen, adeo potens & locuples, ut ipſum opidum Abbasè ſemiſſe poſſideat, cumque legendi ſunt magiſtratus, parem cum ipſo Epiſcopo numerum eligat, juxta eſt celeberrimum illud Bernſteinium *Cænobium* illuſtriſ-

ustrissimum ordinis Equitum Teutonicorum. *Tuinũ*

Vinum non incelebre in Hannonia opidum, quod tamen subest Leodiensi Episcopo, ut & *Covinum* opidulum distans Leodio XVIII. Tuinum XIX milliaribus, Montibus vero V. Non procul Tuino & Covino inter Sabim & Mosam flumina, ditione Leodiensi, duo extant & pulchra & opulenta Cœnobia, quorum alteri nomen est *Asne*: alteri *Lobbe* Lobiense, quod sic dictum volunt à propugnaculo quodam Julii Cæsaris & Castris Labienis, à Labieno videlicet Cæsaris Legato militum Duce fortissimo. *Tuin.*

Canacum sive Chinejum antiquissimum Condrusii opidum, Canonicorum Collegio nobile. Distat Leodio VIII. milliaribus. Reliqua sunt *Fossea*, *florenna*, *Fontana*: vulgo Fonteine l'Evesque: quorum Fossea Canonicorum Collegio insignis: Deinde *Visetum*, *Varemium*, *Beringa*, loca satis celebria & peroportune sita; Denique *Herca*, *Brea*, *Pera*, *Hamontium*, loca haut magni nominis, & in quibus vix quidquam notabile. *Chiney.*

Ceria pulcherrimum propugnaculum, ubi volunt habitasse Cæresos populos Cæsari celebratos, Leodico trium *Cerey.*

Leuca-

Iupilla Leucarum intervallo abjungitur. Dirutus quoque fuit hic locus ac diu ita manſit, ſed inſtauravit tandem magnanimus ille Cardinalis Erardus Marcanus ſæpius nominatus.

Ebura. Supereſt porro hodieque primo ab urbe milliari pagus *Ebura*, quo loco aſſerunt olim fuiſſe maximam & primariam civitatem antiquiſsimorum Eburonum, qui & nomen ab ea acceperunt, juxta pagum complures inveniuntur venæ præſtantiſsimi ſulphuris.

Herſtella. PAri fere, unius ſcilicet milliaris, intercapedine diſtant ab urbe *Herſtella*, locus unde inditum nomen Pipino ſecundo: item *Iupilla* locus itidem memorabilis: in *confiniis* vero iſtorum locorum, & ſecundum utramque Moſæ ripam, Trajectum verſus, complura olim extabant *Palatia*, & ampliſsima ſplendidiſsimaque *Prætoria* Principum *Pipinorum*, juſtis fere ſuburbii paria, ad quæ ſæpius ipſi divertebantur, animumque honeſta & utili voluptate recreabant: nam, ſi verum amamus, nulla uſquam ne fingi quidem aut cogitari poteſt Provincia, quæ, ſeu aëra forte adſpicias & mirandam Cœli temperiem, ſive flumina, Silvas, montes, valles, vineas, fruticeta, & quicquid præterea tale eſt, adque

adque Venationis, Piſcationis & aucupii *Inpilla*
uſum requiritur, contempleris, vel amœnior ſit, quam hæc noſtra, vel felicior: Quare & Carolum magnum plurimum eam frequentaſſe, & Paſchalia feſta crebro inibi, tranſegiſſe memoriæ traditur.

Eſt Præterea primo ab urbe milliari pulcherrimus & amœniſſimus Mons, ſed abruptus idem & propemodum inacceſſus, ut qui unicum habeat tantum ab ortu adſcenſum, ideoque vulgariter audiat *Chevre-mont*, quaſi dicas Mons Caprarum, is finitima quoque longe lateque detegit, & flumen in Arduenna natum ac radices ejus præterfluens è ſublimi deſpicit, in vertice hujus olim ædificata fuerat prænobilis quædam & ampla Arx, cujus adhuc videntur reliquiæ, eam occupaſſe legitur crudelis quidam & inhumanus Tyrannus, qui fretus aſperitate loci, finitima omnia miſere devaſtabat, ſed occaſione & ſtratagemate quodam à Monulpho Præſule cum omnibus Prædonibus cæſus fuit: qui tum deteſtabilem illum locum unâ opera funditus demoliri juſſit, atque ex illo tempore, anno nimirum 580. ut volunt, ne quid iterum ſimile patiantur, jurare cogunt

Na-mur. Episcopos suos cives Lædienses, nunquam se permissuros, ut reparetur illa rupes.

Inter Deodiensem Diœcesin Brabantiam & Hannoniam situs est Comitatus Namurcensis in exiguo & montoso, sed peramæno, salubri & fertili territorio; Primaria ejus civitas est

Namurcum, situm inter duos montes in læva Mosæ ripa, qua Sambram amnem recipit, urbs antiqua, dives, & splendida publicis privatisque ædificiis: ac arce instructissimâ optime munita: *Cerevisia* ibi coquitur optima nulli vino secunda: reliquæ urbes sunt, *Bovina* munitissimum ad Mosam: *Carlomontium*, & *Valencourtium*: pagos sub se habet CLXXXII. Audennas inter hos III ab urbe Leuca ad Mosam vetustissimo gaudet Canonicarum Virginum Nobilium monasterio, & alterum simile exstat ad Sabim amnem juxta pagum *Monstier* II ab urbe Leuca, piæ hæ virgines & in pauperes liberales sunt, multaque laudanda pietatis officia præstant: multa insuper sunt in hoc Comitatu *Templa* & *Cœnobia* Splendida, Comitum olim sumtibus extructa, & ample dotata.

Flumina habet piscosa, inter quæ Mosa &

sa & Sambra primas obtinent, *Fontes* vivos & largos, *Silvas* non ad delectationem tantum, sed & ad venationem feris refertissimas. *Brabantia*

Politicus Regionis *status*, tribus constat membris sive Ordinibus, *Ecclesiasticorum* scil. ordine: *Nobilium* & 4. *Civitatum*; in ordine *Ecclesiastico* sunt *Abbates* de Floreu, Grampre, Anden, Bonef, Wassore, Hestiers: *Nobilitatis* Ordinem repræsentant, *Vice Comes* Davæ &c.

Civitas ipsa sedem habet *Consilii Regii* à quo appellatur ad Parlamentum Mechliniense; Episcopi quoque ibidem sedes est, cujus templum Cathedrale satis egregium est, & D. Albino sacrum.

Mercatores & *opifices* hic pauci sunt: *Nobilium* vero magna turba, qui fere ex illustribus familiis naturalem originem ducunt.

BRABANTIA ab ortu habet Leodienses, à meridie Namurcenses & Hannoniam, ab occasu Flandriam & *Scaldim* fl. à Septentrione Hollandos & Gelros, à quibus fere *Mosâ* separatur: complectiturque maximam partem regionis Advaticorum Ambivaritorum & Tungrorum: mediam Dilia, Demera, Sinna & Nitha *præcipue* perluunt: Horum *Fines ejus.* *Fluvii* *Dyle fl.*

Fluvii *Dilia.* Princeps fl. Brabantiæ, oritur in *Nivellæ* ditione, unde versus orientem decurrens, mox *Genapium* perluit, tum paulatim versus septentrionem descendens, Waveram utramque & *Florivallis* Abbatiã alluit, Prioratumque Heverleæ; jamque rivis aliquot auctior *Lovanium* secat, & inferius 3. mill. *Demeram* excipit, cum quo ad occasum se flectens, pluribus velut ramis, *Mechliniam* per-
Rupel. fluit: infra quam receptis *Sinna* & *Ne-*
r. *tha* fluviis Rumpetum nobilem pagum præterluit, & nescio quo fato vel casu nomen suum Rupelæ cognomento permutat, nisi sit ob loci ejus antiquitatem & nobilitatem: nam hoc nomine 2. circiter leucas progressus, fossaque nova Bruxellensi & *Eicka* amniculis ditatus, è regione *Rupelmundæ* Arcis, cui & nomen suum impertit, in Scaldim abit.

Demer *Demera* fl. fontem habet in Leodien-
r. si terra prope Tungros, unde *Bilsam*, *Hasselam* & *Herkam*, præterfluens, in Brabantiam descendit, ac Geram fluviolum accipit, irrigatque *Distemium*, *Sichemium*, & *Aerschotum*; atque inde infra Lovanium Diliæ aquas suas confert.

Senna. Sinna fl. nascitur juxta *Sogniacum*,
r. nobile Hannoniæ opidum, unde *Hallæ*,

reli-

religione celeberrimas, præterfluens *Bruxellas* defertur, quam urbem varie pervagatus, *Vilvordiam* properat, & mox ad Caurum deflectens, Mechliniam ad dextram relinquit, & infra eam in Diliam effunditur. *Fluvii*

Nithæ fluvii fons geminus: major supra Gheetam occurrit & *VVesterloam Merodamque* irrigat: minor supra *Herentalium* spectatur, alluitque toparchiam *Grobbendoncanam*, simulque conveniunt & commiscentur in urbe *Lyra*: atque inde uno alveo fluens *Duffliam* ac *VValhemium* humectat, & infra Sinnæ ostium Diliæ quoque commiscetur: Atque hi amnes potiorem Brabantiæ partem irrigantes, una cum aliis aliquot rivis per Diliam fl. prope Antverpiam in Scaldim excurrunt, & præter piscium copiam, quam suppeditant, præterque amœnitatem & securitatem quam tractui huic conciliant, inestimabilem quoque mercibus ultro citroque perveh endis, commoditatem & utilitatem afferunt. *Nether*

Ceterum *regio est* plana fere & fertilis, frugum imprimis, quamvis Kempinia arenosa & sterilior sit non tamen infructuosa: clemens ubique & salubre cœlum habet, nemoribus quoque *Ager.*

Brabantia & silvis sufficienter & amœne instructa; inter quas nobiliores Sogniacensis, Merdalia, Saventerloa & Grotenhoutia:

Urbes & opida &c. Inprimis vere *illustris* est celeberrimis & pulcherrimis *urbibus*, opidis, Arcibus, Pagis, aliisque magni nominis Dynastiis, crebrisque Cœnobiis ac Abbatiis opulentis: & quidem urbes & opida muris cincta numerat 26. quarum 4. *Capitales*, *Lovanium*, *Bruxella*, *Antverpia*, *Silva Ducis*: deinde 3. *minores Capitales*, *Thena*, *Levvia*, & *Nivella*, cetera sunt *Trajectum* ad Mosam, *Breda*, *Bergezomium*, *Areschota*, *Mega*, *Diestemium*, eminentis dignitatis, item: *Stenoberga*, *Lyra*, *Vilvordia*, *Gemblacum*, *Iudonia*, *Hannutum*, *Landa*, *Hala*, *Sichemium*, *Herentalium*, *Eindhovia*, *Helmunda*, & *Gravia*.

Municipia libera. Continet præterea, *municipia libera* 18. quibus aliorum opidorum instar, nundinarum & mercatus liberi jus: hæc sunt *Osterwicum*, *Orschotum*, *Turnholtium*, *Hooghstratum*, nunc Comitatus, *Dufflia*, *VValhemium*, *Merctа*, *Aschа*, *Furnia*, *Dusburgum*, *Ischa*, *Hulpia*, *VVavria*, *Brenna* allodialis, *Genapum*, *Gela*, *Arendoncum*, *Dormalia*, &c.

Pagi Turriti, quod in Campinia rariores, numerum 700. non excedunt, sed

sed plurimi inter eos insignes, & variis dignitatum titulis præcellentes: uti *Fanum D. Odenroyæ*: *Boxtelia*, *Rosendalia*, *Hucquela*, *Lilloa*, jam munitissima, *Grimberga*, *Gaesbeca*, *Revestium*, *Levendalia*, *VVesemalia*, *Cranendoncum*, *Cuiquia*, *Bouterssemium*, *Iaucæa*, *Sombrevium*, *Gozelissia*, *Hilverembeca*, *VValvvicum*, *Putta*, *Molla*: & alii: atque sic complectitur hæc Provincia illustres multas & eximias dignitates, inter quas & *Dynastia Ravesteinensis*: *Ducatus Lymburgi*, cum suis opidis, juribus ac præeminentiis, uti quæ jurisdictioni Cancellariæ Brabantiæ, velut membra quædam ejus, subjecta. *Brabantia Pag.*

Status Brabantiæ Politicus sub Rege Hispaniæ tanquam Duce Burgundiæ est: *constatque tribus membris*. scil. *Prælatis*: *Nobilibus* & *Civitatibus*. *Primum repræsentant Abbates* Effligemensis: Grimbergensis: Tongerlous: Grunendalius: S. Gertrudis Lovanii: S. Bernardi, Vilerii: Diligemensis, Parkensis & Vlierbekensis, Gemblacensis: & Prior Magni Ord. S. Augustini in Lewa urbe. *Regimen habent Prælati.*

Nobilium ordinem repræsentant Abbas *Gemblacensis*, uti & *Comes*: *Dux Arschotanus*. *Marchio Bergozomatis*: & *Barones* Diestensis, Bredanus, Boxtellensis,

Lovanium. Gaesbecensis, de Wesemael, Petersem, Perweys, Comes Hooghstratensis: *Domini* Aschensis, Merchtensis, Veurnensis, de Geel, Lummen, Turnhout, Osterwyck, S. Odenroy: Walm, Duffel, &c.

Civitates 4. *Tertium membrum faciunt* 4. Civitates Primariæ. *Lovanium, Bruxella, Antverpia, Buscum Ducis.*

Loven. *Lovanium* Metrópolis Brabantiæ, est urbs antiqua oportunè in medio Brabantiæ sita: *Cœlo* gaudens benigno, *agroque* amœno ac fertili, vini quoque sed exilis, fœcundo: ampla est, uti cujus murorum *ambitus* 6. Italica mill. complectitur, sed magna ejus, pars vacua & pascuis relicta, *fossas* habet latas & profundas, sæpe per vivos silices & scruposam terram discisas. *Muri* sunt opere Lateritio pulchri, & sectis deinde lapidibus albis interstincti, validisque fundamentis ex ima fossa educti: hos Turres 53. eximii operis distinguunt, atque infra eas fornices ac cryptæ in militares usus adconditæ: *Propugnacula* insuper exstant 13. & moles aggestâ terrâ consolidatæ; Pontes sublicii 16. ad Portarum munitionem nuperrime accessere: *Portæ* autem urbis 11. sunt è secto & candenti lapide egregie structæ; inter *Fora* Venalia continet 9.

Vias

Vias sive *plateas* urbem mediam secantes 12. Laterales, 140. *Fontes* publicos, quatuor *Fontes* Lapideos, Diliæ perfluenti, instructos 16. *Molas* fluviatiles 14. & Cataractam pulchri operis. *Lovanium.*

Curia vero inter Politica ædificia eminet è secto lapide magnifice fabricata, & emblematibus ornata: *Arx* sive Burgus, Comitum olim sedes, in collibus vitiferis amœnissime sita: *Academia* urbis anima, ex Colonienſi nata, matre sua magnificentior est, eâque secundum Parisiensem, nec numerosior alia, nec ornatior: accedunt Collegia magnifica. *Palatia*, Crojorum, Nassoviorum: Schoonvorstiorum, & Bergensium Principum, item ædes Lipsii, eminent.

Inter sacra ædificia *Basilica D. Petri* excellit: *Secunda* Parochialis D. Michaëli inscribitur: *Tertia* D. Jacobo: *Quarta* S. Gertrudi: *Quinta* D. Quintino Lipsii judicio pulcherrima, & quidem primum, tertium & quartum, Templa, Canonicorum Collegiis nobilia sunt: *Cœnobia Virginum* sunt 9. *inter PP.* eminet *Dominicanorum*, inde Franciscanorum, in quo Lipsii Icon & Epitaphium, & Carthusianorum: PP. Soc.

Herverle. Jesu Collegium, Torrentii Episcopi Antverpiensis liberalitate constructum fuit, bono reipublicæ literariæ.

Spectantur & in suburbanis agris magnifica aliquot Cœnobia, uti *Bancum* *Parc.* Virginum Ord. D. Augustini: *Parcum* Abbatia PP. Ord. Præmonstratensis; olim Vivarium ferarum, oblectationi Principum inserviens, juxta quod Silva *Merdalia*, saltus, magnus & pulcherri- *Merdael.* mus, nec amœnitate minus quam ferarum frequentia & insigni (quod venationem quidem concernit) immunitate *Herverle.* celebris; omnia verò superat *Heverlee* PP. *Prioratus*, & *Prætorium Ducis Arschotani* ei vicinum: *Cenobii & Templi* multiplex ædificium, in hoc Principum Crojorum miranda monumenta, & Genealogia Ducum Arschotanorum ab Adamo nominatim usque ad hoc tempus relata: *Arx Principis* opus superbum & magnificum si perficeretur: certe omnia hic egregie & sumtuose ornata & amœnitati consecrata sunt: Horti, Fontes, piscinæ, prata, agri, silvæ, Pomaria, Vivaria, Columbaria, Areæ, Equile, ambulacra, Xysti, labyrinthi, rivi, Monticuli, sive rupes ex conchis marinis artificiose conflata, ubi vertebrâ motâ molæ molunt, aviculæ cantant, aqua adstantes

tantes irrigantur, aliaque, cum oblecta- *Thena*
tione, miranda & pulcherrime ornata conſpiciuntur.

Agnoſcunt Lovanium ut *Caput*: *Thenas*, *Levvia*, *Gemblacum*, *Dieſtemium*, *Hala*, *Sichemium*, *Iudonia*, *Hannutum*, *Lauda*: & alia opidula quædam & pagi plures.

INter tres minores Brabantiæ urbes *Tiene.*
Capitales, Prima eſt Tillæ Mons ſive Thenæ, ſita ad Geram fluviolum, 3 Lovanio Leucis, *ampla* ſatis, ut quæ horario fere itinere in circuitu patet, ſed magna ex parte deſerta & cultoribus vacua, quatenus tamen habitatur non omninò eſt aſpernabilis: inſigne & memorabile habet *Collegium Canonicorum* ædes D. Germani: *Muri* variis turribus ſunt conſpicui: *Fluvius* 12. *Pontibus* ſtratus: *Fontibus* publicis 3 eſt inſignis, *Portis* interioribus patet 6, exterioribus 4, *Foris* 7. magnifica eſt, inter quæ *Frumentarium* omnium, quotquot uſquam occurrunt pulcherrimum: *Ager* ejus omni frugum genere, tum & fructibus admodum felix. *Caſei* quoque ejus in pretio ſunt. Altius ad Geram fl. proxime occurrit *Huygarden* Leodienſis juris pagus, ubi cereviſia fit, omnium optima. Hinc altius Sequitur *Iudonia* opi- *Huygarden Geldenake.*

Le-vvia dulum cum Arce vetusta, in qua, ob egregiam cœli temperiem olim Duces Brabantiæ liberos educandos curavere.

Leew. Altera minorum Capitalium urbs est *vve.* Lewia, prope fines Leodienses, supra Thenas ad Getam fl. sita: opidum validum, & prope munitum, in primis aquis, quibus circumjacentes agros immergere potest: Nobile est magno *illo* Ord. Augustini Prioratu, cujus Prior est unus ex 12. Brabantiæ Antistitibus: habet & Collegium Canonicorum in æde D. Leonardi pulcherrima: item *Fora* 3. *Pontes* Lapideos 12. Privilegiisque gaudet singularibus: extra Portam ampliſſimus & pulcherrimus *Lacus* est, juxta quem asserunt olim steriſſe validam Arcem, limitaneum in Eburones propugnaculum, cujus & nunc deserta quædam supersunt vestigia: Coquitur in hoc opido, (& quidem ea copia, ut in alias passim oras distribuatur) præstantissima cereviſia, bonitate vino non concedens.

Sub ditione quoque quartarii Lovanienſis ad Demeram occurrunt, *Ducatus Arſch. Areſcotanus & Baronatus Diſtemii*, *illius* opidum *Arſchotum* ad Demeram situm, mediocre, & Crojæ, gentis nobiliſſimæ, *Dieſt.* Dominis illustre: *hujus* opidum Dieſtemium

nium est Clenardi patria, ad Demeram quoque situm, concinnum & territorio late diffuso insigne: ubi plurimi fiunt panni & alterius generis merces: gemina habet Collegia Canonicorum: sc. D. Sulpitii & S. Joannis: Dominus ejus Princeps Arausinus, qui & eo nomine est Burgravius Antverpiensis: Adjacet ei nobilissimus *Conventus Beckenvordius* ordinis equitum Teutonicorum: & *Sacellum* D. Virg. *Aspricollis* imagine & miraculis clarum. Scherpenheuvel: prope ad Demeram inter Arescotum & Diestemium, *Sichemium* se offert, quod inter exigua sed vetera Brabantiæ opida habetur: ceterum *Ager* Distemio Vicinus amœnissimus plane & viribus passim, Vinum copiose satis ferentibus, plenus est. *Diest.* *Becken voord.*

Cetera loca præcipua hujus quartarii sunt *Orpa* prætura: *Iaucea* Baronatus. *Gestavierumpantium* Prætura, *Pervvisa*, Bar: *Incourt*, Prætura: *Mons S. VViberti*: Comitatus & Prætura: *Grez*, Prætura: *VVavera*, Municipium liberum: *Cumtigh*, Prætura: *Bierbecca* Baronatus: *VVesemael*, Baron: *Rotselaer*, Baron: *Dormalium* Municipium liberum &c.

Bruxella. Secunda Brabantiæ civitas Bruxella est, sedes *Principis*, cujus *hic Palatium*, in editiore urbis parte structum, Regiæ magnificentiæ dignitatem satis ostentat, uti & *Sacellum* ei adjunctum: & *Circus* perpetuo muro clausus, & ad extrema usque mœnia protensus, omni deliciarum regiarum genere instructus: *Nemus* est & *Labyrinthus* à Burguudis Ducibus adornata, *Vivarium* item artificiosi operis & *Canalis*, è secto Lapide aquæ limpidissimæ: Damæ & aliæ hic feræ asservantur: *in Piscinis* Cygni & trutæ: in *Aviario* volatilia aluntur & lasciviunt: inde & *ambulationibus, pilæ Ludo, epulis*, omnique recreationi sua sunt loca.

Arx Regia.

Excellunt vero *Cryptæ* duæ; *inferior* una ubi *Pegasus* concentus Musici quasi cantor metitur numuros *Orpheus* psallens è fidibus delicatam elicit harmoniam: juncti sunt Globus cœlestis & Satyrus &c. Ab hac 7. gradibus *ascenditur* ad *Alteram*, quæ in 5. partes sive alveos distincta: *Organum hic* concentum edit suavissimum, juvante *Satyro* tibiis, *ibi Aves* modulantes, *opifices* operantes audis & vides. &c.

Ad descensum *Hortus florum* patet, Labyrinthi Speciem singularem ostentans,

ens, in cujus contemplatione hæren- *Bruxella*
tes, fistulæ subterraneæ plures aquis artificiosè aspergunt. è Vivario exeunti *Fons* cum ingenti Labro ostenditur: cui adstant grandis formæ Leones 2. ore medio avem (perpetuo aquas evomentem) tenentes. Spectabis & alibi *Equile* Regium 127. equorum capax; usibus & exercitiis inter se distinctorum: supernè Conclave vides, variorum & antiquorum armorum thecam. Subtus in area, currus & alia.

Ceterum *urbs* hæc *sita* est loco amœ- *Situs urbis.*
nissimo, agris cultis, pratis, nemoribusque cincto, intus partim in colles leniter assurgit, partim se in planitiem pandit: Sinna fl. mediam perlabitur, ex quo aquæductus insignis recto tramite in Rupelam usque deductus. *Circuitus* ejus Lovanio fere æqualis, sed hæc densius habitata: cingunt eam *Muri* gemino ambitu & aggere prælti, turribusque 74. firmi: item fossæ profundæ & amplæ: Forma ejus Cordis Humani figuram refert: continetque hæc *Septenaria*: nimirum 7. Paræciales ecclesias: 7. Portas: 7. Fontes publicos: 7. in forum deducentes plateas: 7. in foro ex ordine Domos amplissimas, quæ ab Senatu civibus elocantur: 7. Scabinos, qui ex

7. sir-

Bruxel la. 7, stirpibus Patriciis à Principe eligun-
tur: & 7. obstetrices publicas: *Portæ* ejus
Portæ. Dorico opere structæ, singulæ suas ha-
bent deambulationes distincta: *Lova-
niensis* ducit ad Aucupium *Algidomon-
tana* ad piscarum: *Obbruxellensis* ad Ve-
natum, *Anderlechtensis* ad agros: *Flan-
drica* ad pascua, *Lakensis* ad Fontes &
Edes. vineas, *Mechlinienſis* ad Hortos: *Intus
Domus urbanæ* ut plurimum elegantes
amplitudineque & specie splendidæ
sunt: commoditate fontium imprimis
hortorum jucundæ & amœnæ: *Fontium*
in privatis ædibus, 10. subinde diver-
sis locis erumpentem aquam, observa-
bis: hortorum simul amœnitatem &
luxum videbis.

*Tem-
pla.* *Inter* præcipui nominis *Templa Pri-
marium* est *D. Gudulæ*, olim D. Michaëli
sacrum: *deinde D. Ioannis de Palude* opere
& vetustate spectabile, sunt autem in hac
urbe sumtuosa passim & ornatissima
Templa, Cœnobia ac Nosocomia, alia-
que id genus Pietati dicata loca.

Patres Soc. Jesu hic *Collegium* ha-
bent & Templum elegantissimum, præ-
terque eorum & PP. Augustinianorum
Collegium, *Scholas* numerant 45. *Cœ-
nobia* quoque PP. & Virginum alia sunt
plura: *Hospitalia*, quoque varia: *in D.*

Ioan-

annis, omnis generis ægri, cura & ære publico, per medicum & Chirurgum peculiares foventur curanturque, eſtque *aliud* ubi utriusque ſexus homines fratres & ſorores dicti infirmis ſubſerviunt: inſuper 4. excipiendis hoſpitibus & peregrinis deſtinata domicilia: ubi unicuique advenæ triduum hærere permittitur; ſcil. *Giſleni, Iacobi, Laurentii, Cornelii*, *Alia* inſuper *expoſititiis infantibus* nutriendis dedicata ſunt: & *eleemoſinariæ domus* diverſæ, quas S. Spiritus vocant: Huc referenda *inſignis* publico ære ſtructa *ædes*, coërcendis qui in phreneſin inciderunt, honeſto loco natis. *Bruxel la.*

Inter Politica urbis *ædificia* eminet *Curia*. *Curia.*
Curia ſive Palatium Senatorum, eximium opus, admirandumque ab aquâ, quæ ad faſtigium duci poteſt, Superbum Turri, ornatum Conclavibus, quæ picturis Rubenii, aliorumque Principum Pictorum admirandis nitent, & ſpectatorem morantur.

Eminent & aliorum Principum magnifica *Palatia*: nimirum *Areſchotanum*: *Auraicum*: *Aumalianum, Clivenſe, Hoogſtratanum, Barlamontanum, Arenbergicum, Mansfeldicum, Egmondanum, Soranum*, cum aliis aliquot circa planitiem arenaceam, item *Furſtenbergicum* & *Spino-* *Palatia.*

Bruxellæ. *Spinolanum*: ſolentque Provinciæ Belgarum plures, Abbatiæ fere omnes, urbes pleræque, ſua Bruxellis habere Palatia & Hoſpitia: è regione Curiæ ſitum eſt *Palatium à piſtore* quidem, ſed magnis ſumtibus magnificè *ſtructum*. *Mons* quoque *Pietatis* anno 1617. ſtructus, ſpectabile ædificium eſt: His adde *Domum 7. tribuum Patriciarum*, & 7. illas ædes magnificas forum coronantes: item *Domum Frumentariam*: *Hallam*: *Macellum*, & *menſurationibus* ſubſerviens ædificium, *Forum* piſcium: & *Pontes* lapideos 12. Sinnæ inſtructos, & *Turrem S. Nicolai*, inſigni horologio & præludio muſicali inſtructam, & alia. Hæc intus.

Andelee. Extra urbem in propinquo *Auderlea*, eſt *Hortus Ducis Aumaliæ*, floribus amœnus, aquis fœcundus, multiſque ornamentis ſpectatu digniſſimus: & ad viam Gandavenſem Archiducis *Pharmacopola Domum & hortum ſtruxit*, quæ non civis, ſed Principis manſio eſt; ulterius paululum eadem via locus eſt *Bergen*: ubi picta memoria Caroli v. Imp. & Ruſtici, eum ad urbem cum Laterna ducentis.

Silva Sonienſis. Ab alia parte *Silva Sonienſis* eſt: Leucæ tantum quadrante disjuncta *Venatione* ſimul & *Lignatione* regali inſignis;

tum

cum Abbatiis undique & Monasteriis cincta, & innumeris passim, iisque pulcherrimis fontibus, & magna fructiferarum arborum copia nobilis: continet & pagos aliquot & *Arcem trium fontium* in ambitu suo: siquidem saltus est ingens, plus 7. Leucas, id est 8000. jugera comprehendens: ejus cæduntur quotannis 100. jugera; ita ut 80. quoque anno tota recisa sit, & altissimis rursus crassisque arboribus restituta: unde reditus Principi annui non spernendi. Syl. vam hanc amœnissimam æstate plurimi nobiles & cives, comitante familia, tres quatuorve continuas septimanas peregrinantium ritu perambulant, alia atque alia subinde invisentes Cœnobia, partim votis obstricti, partim animi gratia. *Bruxella.* *Sylva Sonienſis.*

Inter Lovanium, Bruxellam & Vilvordiam, alia occurrit silva amœna cui nomen Zaventerloa à pago huic propinquo. *Zaventerloa Sylva.*

Ceterum *Regimen* urbis est penes *Magistratum*, qui in Curia urbis sedet, & *annuus est*, constans ex 7 Scabinis supradictis, quibus 2 Consules accedunt, alter è nobilibus, è plebe alter, cum Consiliariis 6, qui sunt viri spectabiles, ex artificum cætu delecti: Consules cum Sca- *Regimen.*

Bruxel Scabinis juri justitiæque præsunt, qui-
lia. bus præest Prætor urbanus nobilis: sunt & Quæstores 6. è patritiis 2. è plebe 4. publici census administratores, annui quoque.

Est & *Collegium Pannificii* 2. Decanis & Assessoribus 8. partim patriciis partim plebeis constans: de rebus artis suæ jus judicandi habens.

Præter hos instituti octo *Viri*, ad controversias, ex pugnis & vulneribus natas, sopiendas.

Subsunt vero Bruxellæ 2. tantum opida Nivella videlicet & Vilvordia, quæ
Cancel tamen immediate Cancellariam appel-
laria. lant: Est enim Bruxellæ perpetua sedes Cancellariæ Brabanticæ, constans ex Cancellario & ordinariis ac extraord. Senatoribus pluribus: Advocato Fiscali, Procuratore generali, 2. Graphiariis: Audientiario: 4. Secretariis ordinariis: extraord. novem, aliisque officiis Palatinis: Hanc tota Brabantia appellat & Limburgensis Ducatus, excepto territorio Genapi, in criminalibus & feudalibus: Nam & hic iidem Senatores, cum Vicario Regis tribunal constituunt summum rerum clientelarum sive feudalium.

Est & hic nomine Cameracensis Archi-

Archi-Episcopi forum Ecclesiasticum, ejus Brabantiæ partis quæ Diœcesi Cameracensi subdita; namque subest ex parte Diœcesi Leodiensi, unde & illi Episcopo suum in urbe Lovaniensi spirituale Tribunal, ne Brabantini contra Privilegia eorum extra Provinciam evocentur, Leodium & Cameracum. *Bruxellæ.*

Præterea Bruxellæ sedes est Aulæ Regalis & Magistratuum ac consiliariorum ejusdem; unde jure nominatur urbs Regia, eò magis quod & potens simul, & tectis frequens sit, & civibus opulentis habitata: Cives autem opulentiores 5. contuberniis nomen dant, quæ sunt *Arcus chalybei majoris & minoris: Sclopetariorum: gladiatorum & jaculatorum*; quodlibet 500. est Capitum. *Cives.*

Cetera plebs, in opificum classes 52. distincta est, eæque subdivisæ in novem tribus quas nationes dicunt: Primariæ sunt armifabri, & polymitarii; hi aulæa & picturas textiles divendunt, è serico, auro, argento, non industria minus & arte, quam impendio, admiranda.

Vilvordia Bruxellensis quartarii oppidum Sinnæ quoque fl. adsider, pari, 2. leucarum intervallo Bruxellis & *Vilvoord.*

Lova-

Nivel-la. Lovanio abjuncta, ſitu & arte munitum. Arcem habet antiquam, in qua ſolebant detineri præcipui nominis captivi, Principis nomine extra ordinem judicandi: Adſervantur & in ea autographa privilegiorum Brabantiæ, cum annexis ei dominiis, à Principibus ſuis, & hiſce rurſus à Pontificibus Imperatoribus, aliisque ſupremis Dynaſtis, conceſſorum: item contractus & pacta inter Ducem Brabantiæ & quoſcunque alios Principes inita: Quorum omnium cuſtodiæ præfici ſolet à Rege Commiſſarius, qui audit Cuſtos ſive Theſaurarius chartarum.

Nivel-la, Sub quartario Bruxellenſi eſt & *Nivella* urbs Tertia minorum Capitalium, & *Brabantiæ* rurſus *Gallicanæ prima: ſedes olim Principum*, unde & ibi ſepulchrum Pipini 1. Carolomanni filii: ſita prope Diliæ fl. fontem 5. Bruxellis mill. munita ſatis & non una de cauſa plus quam mediocris urbs; Portis patet 6. dividiturque viis ſive plateis publicis 50. & pluribus: habet plurima ædificia pulchra hortisque amœna; eſt & una ex 4. urbibus Sacri imperii Marchionatum conſtituentibus, gaudetque privilegiis luculentis: magna hic contexitur tenuiſſimi lintei, Cameracenſibus melioris

iores, copia. *Templa* & alia Religioni dicata, loca habet plura, sed famam & dignitatem confert *D. Gertrudis* Basilica, ab D. Gertrude Pipini 1. filia, condita: Ædes sanè augusta ac variis, tam intus quam extus, ornamentis decora: in qua ipsa deinde instituit celeberrimum illum *Ordinem Canonicarum*, quem hodie ibi cum majestate conspicere datur: Constat hic numero 42. Canonicarum Virgin: libere satis viventium, quæ omnes magnatum filiæ legitimæ, & utroque parente, quadruplici stirpe, nobiles: vocantur *Damoiselles* & suas quæque seorsum ab aliis incolunt ædes juxta Templum: ipsæque preces suas horarias in choro decantant, ritusque sacros solenniter peragunt: mane quidem dum religioni operantur cultu ecclesiastico candido pellibusque preciosis suffulto; post meridiem vero seculari veste, nobilium puellarum more ornatæ: Si ad epulum aliquot magis solenne, vel ad privati alicujus convivium vocentur, licet impetrato consensu, accedere: Licet & oblata occasione & pro arbitrio nubere; alioquin perseverare in nobilissimo hoc sodalitio; cujus ordo eis subministrat census quibus commode sese convenienterque sustentent.

Nivel-
la.

Anti-

Nivella. *Antistita* Caput earum vulgo audit *Madame de Nivelle*: est enim Spiritualis & Temporalis urbis, ejusque territorii, non exigui, Domina. Eligitur hæc ab ipsis Virginibus è Collegio suo ad vitam, à pontifice tamen & principe confirmatur & laudatur: institutum quoque, in eadem hac æde, Collegium religiosissimum 30. Canonicorum, qui & ipsi laute honesteque habentur & à Pontifice, Dominaque Nivellensi, alternis vicibus eliguntur.

Ager hujus urbis amœnus & omnium rerum fertilis: nec procul occurrunt saxi fodinæ plures, pulchri ad architectonicam lapides.

Genape. Unâ grandi leuca tantum, ab urbe Nivella, Genapum occurrit, Veterem & pulchram satis Arcem ostentans, in qua tribunal sive Curia Lotharia suprema est, vulgo *La Haute Cour d'Lotier*, à qua tamen appellatio est ad Cancellariam in Brabantia: præterquam in Capitalibus & Clientelaribus causis, salva Actoribus optione, prima instantiâ agendi coram curia clientelari Bruxellensi: Continet hæc Curia 4. tantum opida, 164. pagos 12. Baronatus, & 8. Abbatias sub ditione sua; reliquum Lotharingiæ finibus restat inclusum. In

hoc

hoc opido & finitimis ei locis, ob mi- *Gena-*
ram Cœli temperiem, terræ amœnita- *pum.*
tem & venationum delitias, olim Do-
micilium sibi eligit Ludovicus XI. dum
Delfinus esset, & Caroli 7 Patris indig-
nationem fugeret, qui hic 5 annos mo-
ratus fuit una cum uxore sua, quæ in
hac Genapiensi arce plures ei natos
peperit, situs ejus ad *Dilliam* fl. a-
mœnus.

Gemblacum olim Comitatus, in Ab- *Gem-*
batiam abiit, cujus Abbas ecclesiasticus *blours.*
simul & Politicus opidi Dominus, inter
antistites Brabantinos postremus rogat
sententiam. Cœnobium ipsum est am-
plissimum, magnis iisque augustis valde
operibus constructum, Bibliothecam
habens celeberrimam, in qua plurimi
libri vetères Manuscripti.

Rursus sub Quartario Bruxelleusi ul-
tra novum Aquæductum jacet Comi-
tatus Grimbergensis, pagos complures *Grim-*
& Paræcias magni momenti comple- *berge.*
ctens: in quem succedit minor natu fi-
lius: divisus est in 2. partes, quarum al-
terius Dominus est Princeps Arausi-
nus; alterius nobilis Gens *Glimesia*: Ca-
put ejus est Pagus Grimberga: pulcher-
timâ & egregii operis Abbatiâ insig-
nis; Cetera loca præcipua sunt. *Gasbeca*

Ant-verpia amplissimum Dominium: *Asscha* Municipium liberum. *Wemmel*: Bar. *Merchten*. Mun. lib. *Campenhout* Prætura, *Veurna* Mun. lib. *Duysburg* Mun. lib. *Leefdaal* Bar. *Overyssche*: Mun. lib. *Hulpa* Mun. lib. *Brenna allod* Mun. lib. *Roo* Prætura: *Transsignies* March. *Reves* Bar. *Tilly* Comitatus: *Sombref* Baron. & prope Bruxellam *Heukela*.

Ant-verpia *Tertia* Brabantiæ, *urbs Antverpia* est olim totius Europæ emporium celeberrimum, & nunc totius orbis civitas Splendidissima, sita in planitie egregia ad Scaldis fl. ripam dextram, forma semi lunari ambitu suo continens 5. milliaria Italica, non comprehensa *Arce*, quæ nulli totâ Europâ firmitudine ac venustate cædit. *Mœnia* quoque habet è vivo sectoque lapide solidè firmata: procurrentibus 8. validissimis propugnaculis, in mutuam tuitionem se prospectantibus, ita ut robur cum pulchritudine concurrat. Validum opus & latum quaternis tiliarum arborum ordinibus scitè & ad lineam consitum.

Portæ quoque magnificæ sunt, & ex vivo lapide structæ, eo opere Dorico, ut dubites elegantia an firmitas major sit: sunt autem 13. scilicet: Agrariæ 5 reliquæ ad flumen ducunt: His singulis respondent Actæ (*sive kayen*) tanquam, pro-

prominentes ex litore aggeres, Fora dixeris Litoralia & proturberantia in subsidium capita, cui simile reliqua non dabit Europa: nam & à flumine *Ostia* 8. & sinus 8. atque navium in ipsa urbe receptacula 8. & *Pontes* 74. conspiciuntur. Tutatur hac parte urbem *fluvius* latissimus & profundissimus, & *juxta ripam* ejus longo tractu, *mœnia turribus* 15. munita: *fossæ* vero reliquæ urbis multùm profundæ & 150. pedes latæ suor, aquam, partim ex fl. partim ex fundo manantem, continentes copiosam. *Antverpia*

Intus magnifica est *ædificiis* & *plateis* & *Foris* 20. quorum maximum *Senatorum*: pulcherrimum *mercatorum*: *Piscatorium*, omnis generis pisces complent.

Platea in laxissimum non raro prospectum protenduntur: quibus adstructæ *ædes* elegantia & continua serie, ad ostentationem quasi æmulumque splendorem depugnantes: Nihil persimile huic tota Europa habet, sive viarum laxitatem & ad perpendiculum ductus, sive augustam ædium amplitudinem intuearis: Plateæ supra 200. Ædes numerant 13500. supereſtque ædificanda Area 3000. Ædium capax: ædibus accedit, hortorum cultus & ornatus elegantissimus.

Antverpia Nec minor, *ædificiorum publicorum*, tam Divinis quam Politicis usibus dicatorum, elegantia est & magnificentia; Ecce enim *Cathedrale* D. Virg. & Matris *Templum*, quam intus ad invidiam pretio & ornatu nitet, & extus Turri ac structura artificiosa admiranda est?

Templo autem PP. Soc. Jesu augustius aliud nec Belgium nec Gallia habet: intus omnia marmore Asiatico nitent. Picturæ, Brugelii & Rubenii maxima opera cum admiratione spectantur.

Inter *Cœnobia* hic frequentia tam Virg. quam PP. eminet *S. Michaëlis Archangeli*, *Abbatia* ord. Præmonstratensis, solennem Principi, in urbem venienti, præbens mansionem.

Pauperum, Pupillorum, Expositiorum, Virginum, Iuvenum, ægrorum, aliarumque miserabilium personarum *Xenodochia & Hospitalia* pia, numerosa sunt & elegantia, quorum Cura omnis fidei Eleëmosinariorum commissa est.

Politicorum ædificiorum Princeps est Palatium sive *ædes Senatoria* juri dicundo destinata: ad Fori majoris angulum erecta: opus adeo sumtuosum, magnificum, & ornatum extus intusque, ut si singula exactè computentur, in 100000. coronatorum abitura sit ratio: est &

Domus

Domus Triumviralibus judicibus deputata, ubi causæ Regiæ jurisdictionis & meri imperii aguntur. *Antverpia*

Sunt & Civium usibus destinata ædificia ac Loca conspicua, inter quæ eminent *Byrsa* & *Osterlinga domus*: *illa* magnifica est & ornata loco commodissimo urbis sumtuose structa.

Hæc insigne quoque opulentiæ & elegantiæ monumentum est, inter duos canales in urbe nova commode posita, & utrinque euripis ad maximas naves recipiendas clausa, spatiosa intus Arca est, quam bina ambulacra, quadratis columnis innixa, cingunt: Constat 3. contignationibus, quarum inferior augustis servit atriis merciumque custodiæ: Reliquæ 300. complectuntur cubicula, & cænacula; Turris imminet ex vivo quadraroque saxo conspicua: verum elegantia hujus ædificii, belli tempore militum fere Hospitiis multum interiit.

De Reliquis urbis ædificiis uti *Officinâ vitri* admirandâ: Regiâ *ade Monetaria*: operoso *Castello aquarum* in usum officinarum cerevisiariarum; *Ampla ade* & officinâ vendendis *aulæis* structâ; *Macellis*, *Libra publica*, *Xystis Pictorum*, Vascularioruм, divite & spectanda

Antverpia. ſupellectile coruſcantibus: *Officina Plantiniana* Typographica: *Rubenii* mirandi Picturis *Taberna* Vinaria, *Palatio magnifico* Simonis Rodrigi Baronis &c. dicere ſuperſedo: & addo elogium urbis hujus docte ab Jul. Cæſare Scaligero ſcriptum, dum florebat:

Oppida quod ſpectant oculo me torva ſiniſtro,
Tot nos invidiæ pallida tela petunt.
Lugdunum omnigenum eſt, operoſa Lutetia, Roma
Ingens: res Venetum vaſta, Tholoſa potens:
Omnigenæ merces, artes priſcæque novæque.
Quorum inſunt aliis ſingula, cuncta mihi.

Et Caroli Scribanii hoc ejuſdem urbis florentis monumentum.

Belgium. { *Orbis annulus*, annulique hujus *Gemma.* / *Orbis oculus*, oculique hujus *Pupula.* / *Orbis Nemus*, Nemorisq; hujus *Laurus.* / *Orbis Paradyſ.* Paradyſiq; hujus *Delitiæ.* / *Orbis Cœlum*, Cœlique hujus *Sol.* } *Antverpia.*

Regimen. Porrò *Antverpia* optime inſtructa eſt rebus omnibus ad *vitam* neceſſariis, eſtque *urbs imperialis & Marchionatus Sacri Imperii* caput: unde & plurimis fruitur privilegiis: nec tamen imperatori ſubeſt, eive quicquam pendit. Habet præterea, dignitatem *Burgraviatus*; titulus Præfecto

fecto Burgi Antverpiensis olim datus, attributis ei aliquot domibus, aliisque bonis immobilibus, partim intra partim extra burgi Pomœria sitis: quæ ipse Burgravius postea huic, illi, concessit in feudum; unde & instituta hic Curia rei clientelaris; Hæc dignitas cum temporis lapsu devoluta esset ad Ducem Cliviæ ceu Dynastam Distemii, tandem permutationis jure pervenit ad Principem Arausium: Dignitas quidem honorabilis, sed exigui proventus, ut quæ nomine magis quam re in præsentiarum exerceatur. *Antverpia Regimen.*

Porrò Antverpia uti una ex *Principibus Brabantiæ civitatibus*, subdita habet *Bergezomium, Bredam, Liram, Herentaliam, Stenobergam, aliaque opidula* quædam *& pagos*, quorum pars in civilibus quidem Antverpiam prius quam Cancellariam appellat, & in aliis etiam rebus urbi subjecta est: & quamvis Lovanium in communibus Brabantiæ negociis vorum primum habeat, in subsidiariis tamen Regis petitionibus Antverpia, (cujus, propter potentiam, plurimum interest) prima dicit sententiam.

Habet ergo Primum Antverpia Ducem Brabantiæ, quatenus est *Marchio Imperii*; pro Domino suo, & Principe,

Antverpia. Regimen.

verum tot tantisque jam olim obtentis Privilegiis exornata, ut jure, Majestateque Principis semper salvâ regatur quasi per se, ac ceu liberum aliquod opidum, sive Respubl. *Regimen ejus* sive status in 4. *membra dividitur*; quorum Primum continet *Supremum Magistratum* Consulum 2. & 18. Scabinorum, inter quos alter Consul ad res externas creatur; quibus præest *Prætor* in Criminalibus, & *Ammanus* in civilibus causis: *Subsunt* huic Magistratui 2. *Thesaurarii* & *Quæstor* unus: *Pensionarii* 2. *Graphiarii* 4. & *Secretarii* 4. creatque Magistratus omnes minores, per se: Sequitur, *Alterum membrum*, quod complectitur viros consulares quique functi sunt Scabinatu, & minoribus postea Magistratibus præsunt: *Tertium* ipsa est civitas, (*de Borgerye*) constans 26. civium Capitaneis, binis nempe in singulas urbis (quæ 13.) regiones, & 4. viris nobilibus, quos vocant *Hoofdmannen*. *Quartum membrum* est Collegiorum (scil. der Gilden) ex 54. Decanis constans, quorum bini præsunt singulis opificum Collegiis: atque hæc 4. membra junctim constituunt urbis corpus & statum: ad quod recurritur in negociis majoris momenti, vocaturque *den Breden Raed*.

Creat

Creat autem Magistratus ille supremus per se, ex numero Decanorum 54. *Consiliarios* 12 singulis annis, qui singulis diebus Lunæ in curia, cum ceteris adsident, & Consilium (*Maendaegs raed*) constituunt, concernens res reipublicæ & politiæ. *Antverpiæ Regimen.*

Creat & *Magistratum Hallarum*, constans 2. Decanis, 2. Æstimatoribus & 8. Senioribus, quorum 2. fuere Scabini: item Graphiario, & minoribus aliquot ministris: qui judicat causas quæ ex lana, & ad eam aliquatenus spectantes, oriuntur: unde tamen provocatio datur ad primum illum Magistratum: Creat & 2. *Ædiles Curules*, quos oportet & fuisse Scabinos, quibus tertium adjungit Princeps, dicuntur *Keurmeisters*, habentq; annonæ curam: item 4. *Pupillorum Magistros, VVeesmeesters*, quorum & oportet 2. fuisse Scabinos. Item 4. *pacificatores* (*Peysmakers*) una cum graphiario, quorum munus componere injurias & inimicitias civium: item 2. *Ædituos, Kerck-meesters*, qui & Scabini ut fuerint oportet, & curam gerunt fabricæ, impensarumque Cathedralis D. Mariæ ædis: item 2. *Eleëmosinarum Collectores*: item in singulas urbis regiones (quæ 13.) duos *civium Duces, VVyckmeesters*, qui *Keurmeisters.* *Pacificatores*

Antverpia cum 4. nobilibus eis adjunctis, *Constituunt Tertium ſtatus Membrum*: item *creat* 54. illos Decanos Collegiorum artificum quos dixi quartum ſtatus membrum conſtituere.

Eligit & 7. *Medicos*, *Phyſicos* digniſſimos: Habetque 6. *Collegia militaria Gilden* vocant, quorum unumquodque conſtat, ducentis viris, à Collegii Capite deligendis: 2 ſunt Arcubaliſtrariorum: 2 ſagittariorum: 1 Sclopetariorum: & 1 Xiphomachæromachorum: ſunt & 3 *Collegia Rhetorum* Rhitmicorum: *Viole*, ſcilicet *Caltha*, *Ramolive*, *Violier*, *Goudbloem*, *Olyſtack*.

Habet & Sedem ſuam Antverpiæ de *Tolkamer*: 1 Concilium Cameræ hujus quadrantis Brabantiæ; Conſtans 9. Conſiliariis, *Erflaten* audiunt: Graphiario item, & minoribus aliquot adminiſtris; Præeſt his *Quaſtor* generalis hujus quadrantis, qui & ipſe habet titulum Conſiliarii Regii, & Vicarium: Cognoſcit hoc tribunal, de controverſiis quæ oriuntur de dominiis prædiorum, cenſuum, molarum, aquarum, portoriorum, vectigalium, & aliorum, hujus quadrantis Principis redituum, cognoſcit & de cauſa legitima illegitimaque Spuriorum reparandas & dirigendas curat vias

publi-

publicas, caverque ne vel publico vel privato damno quis eas excedat: habet & potestatem locandi & immittendi conductores in possessionem, vel ex ea removendi *Quæstoris Præsidis munus* senatores monere ut jus dicant, estque insuper peculiare ei munus exigere Principi debita, & vicissim ea præstare quæ in talibus ipsi sunt præstanda: cujusmodi Ministrorum genus habet & Princeps in cæteris Brabantiæ partibus aliisque Belgii regionibus. *Antverpia.*

Lyra 2 Antverpia leucis distitum oppidum est ad *Nithan* fl. situ & industria munitum: pulchrum, amœnum, & civibus benignis habitatum, ædificiis & opibus locuples: & nundinis anniversariis clarum, maxime mercatu boario. *Liere.*

Breda sita est ad Mercam amnem, urbs lauta & amœna, inter alia, pulcherrimi operis, ædificia, sumtuosum & Regium prorsus continens Palatium, duplici fossa cinctum Arcis instar: ab Henrico Nassovienſi comite structum: Gaudet dignitate Baronatus magni momenti & quem plures agnoscunt pagi ampli: annexumque ei oppidum territoriumque *Stenobergense*, una cum *Rosendalio* municipio & *Osterhoutio*, nobili *Breda.*

Silva Ducis Toparchia, vereri Arce conſpicua: hodie munitiſſima urbs eſt.

Bergen op zoom. Uti & *Bergozomium* Marchionatus titulo celeberrimum opidum, in colle ad zomam fluviolum, ſitu & portu maritimo nobile: olim mercimoniis & nundinis dives & frequens: quæ Antverpiâ emergente evanuere: hodie tamen opidum quoque egregium eſt & multis fortalitiis munitiſſimum: Leucæ circiter via abeſt *VVouda, Arx* pulcherrima Principum Bergozomii ſeceſſus amœniſſimus, aëris mirâ ſalubritate, venationique Commoditate laudabilis.

Quartarii Antverp. loca. Alia loca præcipua Brabantiæ ad quartarium Antverpienſe ſpectantia ſunt *S. Barnardi* Abb: *Cantecroy*, Com: *VValem* municipium liberum: *Putte* Mun: lib. *Kierberge, Sandhovia*, Prætura; *Grobbendonc*, Bar: *Herentalium*, Prætura: *Oel* Com: *Weſterlo* Marchionatus: *Merode, Gela*, Mũ. lib. & Præt: *Mol* Mun. lib: *Balen, Arendonc* Mun. lib: *Turnholtium* Prætura: cui adjacet *Sylva* egregia *Grotenholtia: VVeelde, Baerle, Hooghſtrata*, Com: *Ooſtmael, Seveberga* Mun. lib: *Oudenboſch, Sandvliet, & Lillo* loca munitiſſima. &c.

Turnhout.

des Harzogen Boſch. Sequitur Sylva Ducis, quarta Brabantiæ civitas, à ſilvâ pulcherrima Brabantiæ Ducum hic loci olim ſitâ, nomen

men habens: sita ad fl. Desam non pro- *Silva Ducis.*
cul ab Mosa flumine: urbs ampla, pul-
chra, opulenta & frequens, bonisque &
commodis ædificiis luculenter instru-
cta, forma fere triangularis est, & ob
varios munitionum mæandros vix unius
horæ spatio ambiri potest, uti cujus
ambitus, una cum 7. Propugnaculis ma-
joribus complectitur 7660. passus: adeò
situ & arte munita undique, ut nunc
inexpugnabilis judicetur: structumque
intra mœnia Castellum firmissimum, *Pa-*
penbril, quod dominium habet in & ex-
tra urbem: Permeant eam plures *Cana-*
les, quidam quoque navium feraces,
31. Lapideis & 38. Ligneis *pontibus pu-*
blicis strati: & *Privatis* pene totidem.
Portis clauditur 5. intus *Forum* habet,
pulcherrimo ædificiorum ordine cir-
cundatum; in quod 10. plateæ urbis la-
tissimæ, exeunt: numerantur que in urbe
2000. ædes pulcherrimæ, præter casas
& secundi ordinis habitacula.

Templum Primarium *Cathedrale* Epis-
copi, *D. Ioanni sacrum* est, & splendidum
ac sumtuosum: in primisque eleganti
horologio insigne.

Cives bellicosi sunt, & civiles, com-
merciis, opificiis & *artificiis* florentes: fi-
unt hic panni è lana plurimi; ac lintei

Silva Ducis. copia ingens; adjuvat aqua hic linteis candificandis propria magis quam alibi: fiunt & cultri optime temperati: & acus ſcite laboratæ; quod utrumque mercium genus iſtac per totum orbem diſtribui ſolet.

Regimen, urbis primum eſt penes 2. *Prætores*, eosque fere claris natalibus ortos, quorum unus de civilibus alter de criminalibus cauſis cognoſcit, licet interdum utriusque munus uni mandetur. De utrisque cauſis jus dicunt *Scabini* 9. primæ dignationis viri: ſunt & Conſules & jurati, fere ut in aliis urbibus: Ad ſenatoriam vero dignitatem non aſſumuntur fere niſi indigenæ & qui toto anno in urbe morantur: neque niſi elapſo biennio ad eandem reſumuntur: conſtituuntque hi Scabini & Conſules *Primum magni Senatus* membrum: Senatorii & Conſulares *Secundum*, *Tertium* Decani ſive Tribuni & jurati opificum: Civitas hæc rurſus ſub ſe habet 4. regiones ſive *membra* ſcilicet *Campiniam*, *Pelandiam*, *Moſelandiam* & *diſtrictum Oſtervvicanum*: quibus continentur *Eindhoven*, *via* opidum Comitis Burani, lautum & ſatis munitum ad Dommelam fl. Canonicorum Collegio nobile: *Helmonda* ad Adam fl. eleganti arce conſpicuum:

Eind-
hoven.

Hel-
mond.

Gravia

Gravia opidum quoque Principis Arausini, ad Mosam situm, Canonicorum Collegio insigne: *Mega* ad Mosam quoque situm opidum satis lautum & Comitatus titulo clarum: & *Ravestenium* opidum concinnum ad Mosam, valida arce munitum, & lata jurisdictione nobile. Item Pagi multi, quorum præcipui *Osterwyck* pannorum copia opulens, & *Tilburg*. ac *Hilverebeec*, Canonicorum Collegio nobilis ad Runnam fl. siti: item ad Dommelam, *Odenroy*, opulento Canonicorum Collegio illustre cujus Decanus ditissimus: *Boxtel* titulo Baronatus & insigni Coll: Canon; clarus: *Oirschot*, *Breugel*, *Tongeren*, quorum *Oirschot*, quoque nobilissimum D. Petri Collegium Canon: habet ad *Aam Lieshout*, *Gemert*, *Osch*, *Heeswyck &c.* *Postel* amplum & opulentum Xenodochium in Campiniæ solitudine situm, ubi viatores quoscunque prætereuntes, hospitio debent excipere: ac pro sua quemque dignitate tractare, nullo precio.

Silvæ Ducis. *Grave* *Megen* *Ravestein.* *Hilverebeec.* *Odenroy.* *Boxtel* *Oirschot:* *Postel*

Cererum Brabantii juris etiam est *Ditio Cuycana*, olim comitatus nuuc secundus Brabantiæ est *Baronatus*, complectens præter opidum 16. aut 17. pagos: ejus Dominus est Princeps Arausianus: adjacet ei altius *Dominium Kesselense* *Cuyck*

Horn. *lienſe* & altius *Horna Comitatus*, imperiale & ſubalternum feudum, Leodienſis Epiſcopi: nomen habens ab Horna Arce egregia ad Moſam ſtructa, luculenta ditio juxta Moſam (ut & Cuyckana ac Keſſelia) extenſa.

VVeert IN ejus confiniis eſt *VVeert* opidum Luculentum, & valida omnino Arce conſpicuum, ſedes comitis ordinaria, & diſtinctum Dominium: habet & *VVeſſemium* opidum ad Moſam: alios pagos ac Toparchias: ita ut egregius ſit Comitatus.

Sed & Trajectum Brabantiæ opidum eſt, in utraque Moſæ fl. ripa, infra Leo-
Maeſtricht. dium ſitum, & Ponte junctum Lapideo, pulcherrimi operis, cujus Tacitus fecit mentionem: urbs eſt hodie munitiſſima, antiqua & ampla, crebris pulchrisque ædificiis denſa, ac antiqui Epiſcopatus dignitate nobiliſſima. *Duo* continet potiſſimum *Templa*, quorum *alterum D. Servatio*, qui hic primus fuit Epiſcopus, ſacrum eſt: *Alterum D. Virgini*: Illius Collegium Regem habet Canonicum, uti Brabantiæ Ducem; quo nomine, & ſupremus urbis Dominus eſt, quamvis & partem ejus Epiſcopus Leodienſis ſibi vendicet, & inde duplicem juriſdictionem, geminumque Tribunal, abſque

notabili finium utriusque differentia, cives agnoscant. *Trajectum.*

Sed tamen ut quisque urbis incola Principem suum agnoscat, & Princeps sibi subditos, invaluit consuetudo, ut exteri hic sedes suas figentes, primo statim die profiteri teneantur, utri Principum velint esse subjecti: in natis autem civium partus ventrem sequitur: ita scilicet ut si Ducis vel Episcopi jurisdictioni subjectam duxeris uxorem, filii eo conjugio nati illius erunt subditi, cujus est mater. Porrò habet & Trajectum, nobilissimum & peramplum Cœnobium, quod *Bilsen* vocant, equitum Teutonicorum, ordinis D. Mariæ Hierosolimitanæ, capax & idoneum Aulæ Principis, frequentissimæ recipiendæ: Ceterum pars urbis hujus ultra Mosam posita *VVyck* dicitur, estque egregie, uti & cetera urbs omnis generis munimentis munita: *Ager* ejus fertilis & omnino amœnus collibus: Distat semileuca ab urbe *Mons ingens & amœnus* Mosæ contiguus, in vertice *Arcem habens* affabre structam, umbilicum occupat Ord. D. Francisci *Cœnobium:* summum hujus montis solum fructuum omnis generis & frugum mire ferax est, cum tamen viscera ejus scateant lapide molli

Mechelen. molli & facile sectili, cujus ingens quotidie effoditur copia, magna fodientium cura & arte.

Mechliniæ Dominum.

Mechelen. BRABANTIÆ quasi meditullium obtinet Dominium Mechlinienſe nobiliſſimum: cujus civitas Mechlinia urbs antiqua, *pulchra & ampla*, inter Belgii primas numerata: Lovanio: Antverpiâ & Bruxella, undique 4. milliaribus diſtans, & *Parlamenti* univerſi Belgii juris dictione illuſtris: *ſitus* ejus admodum oportunus, & mira cœli temperie aliisque in uſum hominum, commoditatibus conveniens. *Dilia* fl. mediam ſecat, & amplus ſatis interluit pluribus alveis, qui æſtu marino huc uſque & altius aſcendente, mirum in modum intumeſcunt, & plurimis intra urbem, Pontibus ſtrati ſunt. *Munita* quoque eſt validæ mœnibus & propugnaculis, inprimis vero aquarum copia: quibus, uſu exigente maxima circumjacentis agri pars, inundari poteſt: *Plateas* habet amplas mundas, & eleganti ordine, Pontibusque Lapideis, admirandas: *Ædificia* tum *Divinis*, tum *Politicis* uſibus dedicata, non minus ſumtuoſa quam egregia:

Para-

Parœcias numerat 7 Templis ſuis inſig- *Mecha-*
nes. *Cathedrale* Archiepiſcopi *S. Rumul-* *len.*
do Sacrum excellit, & alta *Turri* ſuper-
bit, quæ ſuſpenſas habet grandiores &
minores campanas numeroſas, apto
ſonorum temperamento, concentum
harmonicum ſingulis horis præcinen-
tes: *Templum* vero intus Sacellis, colum-
nis, Organo, altari, choro, & inibi aurei
Velleris inſignibus, aliisque ornamen-
tis, ſplendet.

Inter *Cœnobia*, quæ hic plura, P. P. *Franciſcanorum* elegantiâ, amplitudine & capacitate, omnium totius Belgii ha-
betur pulcherrimum & abſolutiſſimum. *Pitzenburgenſe* nobiliſſimi ordinis *Equi-
tum Teutonicorum* inter cetera deinde eminet. Inter *Virginum* vero Mon: *Cla-
riſſarum* amplum & pulcherrimum eſt, nec ulli ejus Ord. facile cedens.

Politicæ ſtructuræ ſunt *Palatium Par-
lamenti*: *Curia*, *Macellum*, *Halla* textorum *Fons* in Foro, & inprimis *Armamen-
tarium*, tormentorum & aliarum Machinarum bellicarum, Proviſionumque Principis receptaculum inſtructiſſimum.

Nec deſunt *Palatia* Magnatum: uti *Cæſareum*, *Hooghſtratenſe*, *Naſſovium*, *Egmondanum*, *Arenbergicum*, quæ tamen nomine

Meche len. nomine magis quam usibus superstant. — Sunt & in urbe *Horti* culti plurimi, ac amœna spatiosaque Viridaria.

Extra Portam vero qua Lovanium itur *Hortus ingens est Cerasorum*, silvam dixeris, ordine & copia arborum ita structus, ut nullibi parem visurus sis.

Ad territorium Mechlinienſe angustum spectat & alia ditiuncula, Arescotensi Ducatui contigua, ejusdem cum urbe privilegiis & juribus gaudens. Luculenta est regiuncula, ejusque præci-
Heyst. puus locus est *Heista* pagus amplissimus, non procul ab Netha majore, vertici montis impositus, vicinos habens subjectos ei viculos septem, partim ad montis radices, partim circum eundem longius dissitos.

FLAN-

FLANDRIÆ DESCRIPTIO.

FLANDRIA, Comitatus totius Europæ nobiliſſimus & opulentiſſimus, juxta Oceanum inter Zelandiam, & Galliam jacet ceterisque internis, partibus Brabantiam. Hannoniam & Arteſiam contingit: *Cælo* gaudet temperato ſatis, & maxime verſus auſtrum. Salubri & *Solo* fertili & omnis generis frugum fructuumque feraci, inprimis, quà Galliæ eſt vicina: *paſcua* habet læta adeò & pinguia, ut pulli equini, ex vicinis regionibus huc tranſlati ex tenui origine grandeſcere & eniteſcere ſoleant. *Situs ejus.* *Fertilitas.*

Pecudes & animalia domeſtica producit delicati & exquiſiti ſaporis, inprimis *Oves*, quarum in Feurnenſi Caſtellania ea fœcunditas quoque ut una fœtura ſæpe 5 aut 6, ſemper vero 3 aut 4 enitantur: *Ferarum*, uti Cervorum, aprorum, leporum, cuniculorum copiam fert incredibilem: Nec deſunt aves, phaſianæ, perdices, & aliæ; nec apes quoque mellificæ. Butyro ſapidiſſimo, caſeoque vaccino & ovilli abundat. Pomorum etiam

Scaldis etiam Perſicorum & bericocciorum eſt locuples. Cytriorum quoque & aurantiorum ſicuumque interdum calidioribus in locis particeps. Interluitur Scal-

Fluvii di Liza & Tenera potiſſimum fluviis, inſuperq; plurimis aliis amnibus & rivis manu foſſis, & in Oceanum, aliosque rivos, deductis.

Schaldis fluvius. Scaldis fluviorum Belgii maximus & Regius fontem habet in veromanduorum Picardiæ tractu: unde ad Caurum properans *Cameracum* inviſit Pontemque accipit, uti & ſubinde, *Thuni* & *Buchaniæ*; hinc profluens, Silio amne, ab Cambreſii Caſtello deſcendente, augetur: & mox altero rivo, ex tribus fontibus conflato: tum *Ronellam* excipiens fit navigabilis; ingrediturque *Valentinam* urbem: & inde *Condatum*, ſervatoque eodem curſu, receptoque *Hayna* Hannoniæ amne, prope Fanum *S. Amandi* fluit & Flandriam ingreditur

Scarpa fluvius. Scarpæ aquis auctior; *Hic* duplicem ex finibus Arteſiæ ducit fontem, quibus junctis Atrebatum integer perluit; inde Boream verſus *Duacum*, *Lalemium*, & *Marcenas* alluit, & tandem infra S. Amandi Fanum, juxta *Mortanium*, Scaldi commiſcetur: Qui Flandriam ingreſſus *Tornacum* perlabitur, & inde *Aldenardam*

Iam, atque *Gandavum* Flandriæ Me- *Scaldis*
tropolin: ubi *Lysam*, *Lyviam*, & *Moram* amnes excipit.

Lisæ quoque fons in Arteſia eſt ad *Lys r.*
Lisburgum pagum, ſupra *Terroannam*, hinc *Ariam* prætervectus, *Mervillam*, *Armenteriam*, *Varnetonem*, *Cominium*, *Virovicum*, *Meneniam*, & *Halevvinum* alluit, tum *Cortracum* fere medium ſcindit, & *Harlebecam Deinſamque* prætерlapſus, ad urbem Gandavum Scaldi commiſcetur: *Livia* una cum Novis aliquot aquæductibus Brugis & Dammo diſcendit in Scaldim: *Mora* vero ex Waſiæ territorio cum foſſis aliquot manufactis, Scaldim & Gandavum ſimul aquis ſuis ditant. *Lieve r.* *Moere r.*

A Gandavo Scaldis orientem verſus pergens *Teneramundam* ingreditur, ibique fl. *Teneram* accipit, qui haud procul *Condato* in Hannonia naſcitur, unde ad Boream defluens *Ligniacum*, *Athum*, *Leſſenam* Hannoniæ opida humectat: tum in Flandriam deſcendens *Gerardomontium*, *Ninoviam* & *Alostum* irrigat: rivisque aliquot auctus per oppidum Teneramundam fluit in Scaldim: qui hinc Rupelmundam, accepto Rupela, & cum eo Brabantiæ aquis prætercurrit: unde tumidis aquis Flandriam à

Bra-

Fluvii Brabantia distinguit & lato alveo triumphalem Antverpiam velut admirans & venerabundus, à capite usque ad calcem forinsecus lambit: Hinc directo ad Septentrionem cursu, plurima utrinque fortalitia illustrat, Saftingam usque indivisus: sed inde mox dissectus in duos amnes, *altero* versus occasum, sub *Hontæ* nomine fluit, ac Flandriam ab Zelandia distingnens inter Cadsandiam ac Walchriam maris instar in Oceanum abit; *altero* vero versus Septentrionem pergens Bergezomium eminus præterfluit, zomamque torrentem excipit, ibique Zelandiam à Brabantia terminat: qui inde rursus in duo cornua fissus: *altero* cui *Vosmeyr* nomen, continentem radit, ac Tolam Zelandiæ opidum præterlapsus in *Mervvam* se exonerat, eodem cursu, quo Cæsaris seculo in Mosam fluxisse, in commentariis ejus traditur: *altero* vero varie Zelandiæ Insulas distinguit variis brachiis; & qua permanet violentius in duas potissimum partes dividitur, Orientalem scilicet & Occidentalem Scaldim, ut vocant; quibus ad Oceanum contendens cursum suum consummat, & inter Schaldiam, Walchriamque insulas nomen suum amittit. Fluvius sane maris beneficio omnium florentis-

entissimus omniumque piscium genere *Fluvii* ubique ditissimus.

Cetera Flandriæ flumina minora sunt, & in Flandria nata mox in Oceanum exeunt, & Portus formant. Horum à Scaldis ostio, proxime occurrit Leya ab urbe *Brugis* & *Sluſa* lato alveo *Leye.* juxta Cadsandiam insulam in Oceanum fluens: *Alius* item *alveus* manufactus Brugis juxta *Blancobergam* in Oceanum exit: Denique & alveus Gandavo Brugas, & Brugis recta linea *Ostendam* ducit.

Hyperlea deinde fl. onustus *Yperæ*, *Hyper-* *Manderæ* & *Yseræ* aquis *Dixmudam* al- *lee r.* luit, & infra *Neoportum* in Oceanum volvitur, Portum formans satis commodum: Ab *Neoporto* quoque alveum dimittit versus *Ostendam*, eamque urbem Canalibus pluribus munit: *Ypera* fl. supra *Ypre r.* urbem Yperam, quam alluit, fontem habet, *Isera* à Poperinga descendit, & *Pene* aquis ditatus scinditur in 2. ramos, quorum alter supra *Dixmudam* Yperæ jungitur: alter in Oceanum abit inter Neoportum & *Dunkercken*, qui tractus terræ ibi tot fere alveis & canalibus rigatur, quot corpus humanum venis & arteriis proluitur.

Sequitur *Colma* fl. qui à *VVatenea* fon- *Colm r*

Silva. talitio decurrens duobus alveis Oceanum ingreditur, altero prope *Gravelingam*: altero vero *VVinocibergam* alluens rursus duobus fluit alveis, quorum uno Dunkerkam irrigat & in Oceanum mergitur: altero *Honschotam* & *Veurnam* alluens, versus Neoportum aliis rivis commiscetur; sunt enim his locis alvei & amnes pluribus canalibus intersecti ad commercia facilitanda.

Aar. Ultimus Flandriæ fl. *Agino* sive *Aa* est: hic oritur in finibus Artesiæ, supra *Renthium* opidum unde *S. Audomari* urbem Episcopalem humectat & scinditur in plures canales, quorum unus Flandriam ab Artesia & terrà Oyensi distinguit, *alii* huc illuc vagantes, plurimas faciunt insulas, inviumque hunc tractum reddunt, ac tandem omnes prope Gravelingam confluentes, uno alveo infra Gravelingam in Oceanum exeunt.

Nemora. Hæc de fluminibus Flandriæ, quæ non aquis tantum, sed & nemoribus pluribus amœna est & fructuosa: quorum *Ninpe* præcipua *Nepa*, *Nonna S. Amandi*, & *Poodsbergia*: *Nepa*, Saltus longe præcipuus, flumini Lisæ propinquus est, *Casleto* & *Bella* pari, 2. Leucarum intervallo, licet viis diversis, abjunctus: sylva ingens,

ingens, amœna antiqua, in qua Arx ſitu valida: *Nonna* Ypris vicina ingenti ſpatio in Septentrionesextenditur, multos pagos & Abbatias complectens, interque ceteras Virg. Veſtalium Ord. Bened. ab quibus ſilva hæc luculenta nomen haber. *S. Amandi ſilva* amœniſſima, incipit ad nobilem S. Amandi pagum in Flandriæ Gallicanæ confiniis, unde longe lateque Valentianas uſque procurrit, arboribus paſſim denſa: audit & *ſilva Raymenſis*, ob ſummam cum eo ſaltu viciniam, qui ſiquidem eſt in ditione Toparchæ Amerienſis, fit ut ipſe hoc nomine ſit magnus Venator Hannoniæ, dignitate nimirum Saltui ipſi annexa. *Poodſbergia* ſilva inter Flandriæ quoque & Hannoniæ confinia circa *Gerardimontium* & *Leſſinam* juxtaque *Teneram* ſi. ſita eſt, magnus & orbiculari pene figura Saltus.

Silvæ.

Nonnæboſch.

S. Amandi Silva.

Poodſbergſilva.

Porro *Montes* memorandos Flandria non habet ſed amœnos complures *Colles*, maxime in parte *Gallicana*: Dividitur enim Flandria in *Teutonicam Imperialem*, *propriam* & *Gallicanam* continet vero in univerſum urbes & opida foſſis ac muris cincta, quæ ſcilicet *Gandavum*, *Bruga*, *Ypra*, *Cortracum*, *Aldenarda*, *Aloſtum*, *Hulſta*, *Teneramunda*, *Birfletum*,

diviſio Flandriæ.

Flandria Vrbes.

Sluſa, *Oſtenda*, *Dunkercka*; *Gravelinga*, *Borburgum*. *Caſletum*, *VVinociberga*, *Feurna*, *Dixmuda*, *Deinſa*, *Damma*, *Arenburgum*, *Axela*, *Ninovia*, *Neoportus*, & *Gerardimontium*, Teutonicæ ditionis: item, *Inſula*, *Duacum*, *Tornacum*, *Orchiſa*, *Baſſea*, Gallicanæ: Præterea habet *municipia* patentia 30. & plura, pari cum opidis jure & immunitate gaudentia; uti ſunt *Oſtburgum*, *Middelburgum*, *Monachoreda*, *Blancoburgum*, *Houca*, *Aldenburgum*, *Giſtella*, *Lombariſidia*, *Torholtium*, *Loa*, *Hondiſcota*, *Mardica*, *Poperinga*, *Bella*, *Meſſina*, *Comintum*, *Viroviacum*, *Menina*, *Halevvina*, *VVaſtena*, *Siegra*, *Margemum*, *Haſbrouca*, *Roſſelara*, *Harlebeca*, *Tiletum*, *Eclonia*, *Steckena*, & *Borchemium*, ditionis Teutonicæ: item *Lanoia*, *Eſpinoia*, *Fanum S. Amandi*, *Mortania*, & *Armenteria*, Gallicanæ: quorum non pauca hodie foſſis ac propugnaculis munita: & multa etiam urbibus neque nobilitate, neque ſtructuræ magnificentia, neque incolarum frequentia concedunt: Habet inſuper *pagos* 1000. & plures, quorum multi ampli, opulenti, populoſi, & egregiis dignitatibus illuſtres, ſunt & *Arces* plurimæ, *Toparchiæ*, *Prætoria* aliique, honeſtis titulis Dynaſtarum ac nobilium eminentes loci: His includuntur *Baronia*

Muni-cipia.

Pagi.

Arces.

ſupra

supra 27. Cœnobia 137. & plura, intra quæ *Abbatiæ* 57. quarum aliquot possident Satrapias Principe viro dignas: *Collegia Canonicorum* 21. *Episcopatus* 7. Estque hæc Provincia adeo dense habitata, ut Hispanicum Philippo 2. Rege huc delati, Flandriam unicam esse civitatem falsè dixerint. *Vrbes.*

Regimen Flandriæ tribus vel ut alii volunt quatuor constat membris, scilicet *Prælatis, Nobilibus, Civitatibus. Primariis*: Verum quia, *Gandavum, Brugæ, Ipera, & Franconatus* singulari pollent auctoritate, vulgo audiunt 4. Flandriæ membra, neque solent ii, quos diximus Ordines, publicis Provinciæ Conventibus, nisi admodum rarò, intervenire, quia destituuntur jure suffragii. *Regimen.*

Prælatorum alioqui membrum faciunt *primum*: Ordinis S. Benedicti Abbates. 7. Ordinis, S. Bernardi Abbates. 6. & Tertiò Ordinis Præmonstratensis Abbates 3. Quartò Canonicorum Regularium. Abbates 6. & ejusdem Ordinis Præpositi 6.

Nobilium Ordinem sive membrum constituunt: *Vice-Comites, Gandevensis, Yprensis, Vuernensis, Bergensis, & Harlebekensis Principes, Steenhusius, Gravienſis, & Espinei, Barones.* 4. & nobiles

Ganda vum. Tribuni, *Banderheren.* 40. & amplius.

Civitates quæ Tertium membrum conſtituunt ſunt, *Gandavum, Brugæ,* & *Franconatus, Ipra; Inſulæ,* & *Duacum, Tornacumque,* cujus ultimæ ſtatus, Flandriæ annexus, per ſe conſtat. 3 membris: Prælatis ſcil. Nobilibus, & 4 magnis juſticiariis.

Princeps totius Provinciæ *civitas* eſt, *Gand.* *Gandavum* ſive *Ganda*, cui (ut Eraſmus ait) tota ditione Chriſtiana nulla alia poteſt conferri, ſive amplitudinem & amœnitatem ſpectes, ſive Politiam, ſive *Ambi-* gentis indolem. *Circuitus* enim ejus in- *tus ejus* terior continet Italica milliaria. 7. exterior 10. in quo tamen ambitu urbis immenſa ſunt ſpatia ædificiis vacua, & ſegetibus relicta: quamvis equidem 35000 *Situs.* domos in eo numerari ſcribant. *Situs* ejus oportunus ad triplex flumen, *Scaldin*, ſcilicet *Liſam* & *Liviam*; præter quæ aliis quoque interluitur perennis aquæ meatibus, è propinquo loco exortis, vel arte & induſtria in urbem deductis: inter quos & ille manufactus, magnorum quoque navigiorum patiens, per quem in mare patet via infra cataractam illam *Saſſæ*, ſtupendi operis, & alius qui Brugas, Dammamque perductus eſt. Quæ ſitus urbis oportunitas,

Stapu-

tapulam ipsi frumenti conciliavit & lia commoda plura. *Gandavum.*

Porro *Portis* clauditur 8. insulasque ntra Pomærium, à fluminibus & canabus concurrentibus, creatas, & Publiis privatisque domiciliis occupatas, ontinet 26. *Pontes* iis instructos *majores* 98. præter plures *minutos*: *Molas* quæ *aquarum* vi rotantur potissimum 6: quæ *Vento* circumaguntur supra 120. *machinarias*, quæ à jumentis vel hominibus versantur, infinitas: Continet & *Fora* rerum venalium 13. inter quæ eminet quod Diei Veneris audit, statuâ Caroli v. imperialis insigne. Sunt & *Areæ* sagittariorum binæ, in civium usus: & alia his proxima *Palæstra* athletas singulis diebus Dominicis exercet. *Gend.*

Templa, Canobia, Xenodochia, aliaque usibus sacris destinata ædificia, tam augustiora quam minora, numerat 55. inter quæ Abbatiæ dites 5. & ordines mendicantes 4.

Primarium *Templum, D. Bavoni* (olim S. Joanni Baptistæ) sacrum, ex Abbatia in sedem Episcopalem erectum fuit: sumtuosum est & pulcherrimum, Caroli v. in eo baptisati, memoriâ, & Viglii Jurisconsulti sepulchro, clarum: Augmentum Templorum: P. P. Soc.

Ganda vum. Gend.

Ieſu Collegium fecit, quod egregium hic ædificarunt: in *D. Michaëlis ade* picturas cum ſtupore videbis; inter Abbatias vetuſtate & amplitudine eminet *D. Petri* in Monte Blandinio, ampliſſimis reditibus, & Temporali ſimul ac Eccleſiaſticâ, in pagos complures, juriſdictione nobiliſſima: nec non Bibliothecâ inſtructiſſimâ celebris. *Ædificia Publica* ac *Privata* pro ſua quæque conditione ſuperba inprimis & ſplendida ſunt. *Arx* famam dedit urbi dum Patricium ei Coralum 5. Imp. produxit: dicitur *la Cour du Prince*, ædificium eſt 300 Cameris magnificum, è quibus una, vix unius virgæ latitudinem & longitudinem habens, Caroli 5. primum domicilium fuit. *Subtus* juxta ædes Palatinas *Leones* oſtenduntur, Burgundiæ inſignia: nutriunturque hic plures exoticæ & feroces belluæ ad Splendorem urbis, ut in uſu eſt apud Florentinos. *Fortalitium* 5. propugnaculis & foſſis profundis munitum eſt.

E *Turri Bellafurti* urbs & Caſtellum, cum ſituatione circum circa emenſurari poſſunt. Altitudo ejus eſt 500. graduum: continet campanam horarum nunciam, cui Rolando nomen, 11000. pondo gravem: quæ olim armatis Collegiis ſæpe claſſi-

classicum sonuit: in ambitu ejus legitur. *Ganda vum.*
Roland, Roland, als ick kleppe, dan ist brand: Als ick luye dan ist oorlooghe in Gend. Vlaenderland.

In culmine portat Draconem cupreum inauratum, magnitudine tauri, alas expandentem, Tempore Balduini Flandriæ Comitis Constantinopoli huc transmissum.

Curia anno 1618. renovata fuit, hanc ingredienti inferius offert se justitiæ theatrum: superius itur in Capellam & Conclavia statuis & inscriptionibus spectanda.

Sedes est in hac urbe *Consilii Provin-* *Regi.*
cialis, quod constat ex uno Præside, 12. *men.*
Senatoribus & Procuratore generali, ac Advocato Fiscali, aliisque administris: quo deferuntur omnes totius Flandriæ Provocationes: *Vrbis* vero & Reipublicæ *gerunda forma* sæpe per Principes mutata est: hodie ejus regimen & ordinaria juris administratio penes honestissimos quosque & nobilissimos cives est & magnum Prætorem urbanum.

Mercatura crevit oportunitate situs fluminumque: pannorum item laneorum, lineorumque textrinis, aliisque artificiis: texuntur hic plani è lana & lino

Ganda non ſolum, ſed & ſubſerica aulæa, gro-
rum. grani, mocajarri, fuſtanei, telæ canna-
brinæ levigatæ, & id genus alia: *Opifices* Ganda alit numeroſos, 50. Collegiis in-cluſos: extra quæ eſt *Collegium Texto-rum*, quod ſeorſim, in 27. ordines, ra-mos ducit, & ob amplitudinem ſuam & dignitatem *reipublicæ tertium membrum* conſtituit.

Hæc de Ganda urbe, metropoli Flan-driæ & Prima è quatuor membris ejus: quæ & Vice-Comitatus titulo primario
Caſtel- nobilis; & Caſtellaniæ Audenburgenſis,
lania quæ in territorio circumſito complecti-
Auden- tur pagos 46. & Drongene Abbatiam:
burge. inter pagos ſunt *Nevele* ampla Baronia, Arce *Odoncâ* illuſtris: *Somergem* gentis Snouckarræ: *Lovendegem* Triſtæ: *Vinde-houte* & *Merendure* Woutræ: *Eeke* ad Scaldim Scepperæ gentis, & *Evergem* Comitatus titulo magis quam potentia notabile, Abbatiæ D. Petri Gandenſis, & alii.

't Land Adjacet illi Caſtellania ſive Territo-
van rium Waſiæ quæ Durmâ & Scaldi al-
Waes. luitur, comprehenditque pagos 23. connumeratis 5. quæ peculiaribus to-parchis, præter Rupelmundam parent, uti *Templeca* genti Traciniæ & Amel-bergæ: *Exarda* Grunteræ: *Stekena* opidi

vul-

ultum præferens, *Synaya* Abbatiâ illu- *Ganda*
stris: *VVaesmunstera*, ubi Abbatiâ Victo-
rina Virginum *S. Nicolai* pagus prima-
rius est, item *'t Veer* Antverpiæ obja-
cens & Prope *Bevera*, Arx vetusta & *Beve-*
nobilissimæ olim gentis Veranæ, nunc *ren.*
Croyæ dominium, pagos 4. & multas
Dynastias complectens.

Wasiæ Territorio Occidentem ver- *De 4.*
sus annexi sunt *Quatuor Ambachti*, una *Am-*
cum *VVasiæ* territorio & *Alostano*, im- *bach-*
perialis Flandriæ partes constituentes, & *ten.*
Zelandiæ affines, inter hos eminet *Hul-* 1 *Huist*
stum, opidum sane quam tolerabile, &
munitissimum: Sequitur *Axella* opi- 2 *Axel*
dum quoque munitissimum & media-
cre, reliqua 2. sunt Asseneda & Bochou- *Assene*
tum municipia ampla & egregia: Parent *de 3.*
autem his 4. locis varii pagi, & purga- *Boc-*
tur in iis, ob maris propinquitatem, *haut 4*
adsatim salis.

Sequitur ultra Scaldim juxta Bra- *Alosta*
bantiæ fines *Comitatus Alostanus*, olim *nus Co-*
Bracantus, quo, præter opidum ipsum *mitatus.*
Alostum & *Ninoviam*, continentur 170.
pagi, ita ut limites ejus porrigantur us-
que ad muros, Gandenses, muros Al-
denardenses, & si Leucæ intervallum
demseris, etiam Teneræmundanos: *A-* *Aelst.*
lostum Caput ejus oportune situm est

Aelst. ad Teneram fl. estque munitissimum & lautum opidum, frequentatum in primis ob celebrem illum & momentosum mercatum lupi salictarii, cujus in coquenda cerevisia, præcipuus usus: Cives ejus utuntur iisdem cum 4. membris Flandriæ privilegiis, & quocunque in tota Provincia visum est, libere commigrant.

Nieuwe. *Ninovia* opidum minimè contemnendum, Tenera quoque perluitur, distinctaque jurisdictione ab Alosta conspicuum est: *Continentur* & Comitatu hoc *Principatus Steenhusanus* & *Gavernus: Steenhusa* quidem insignis pagus est, *Gavera* vero ad Scaldim infra Aldenardam situs pagus longe amplissimus & prænobili Arce conspicuus est: sunt deinde & variæ Dinastiæ, quales præsertim *Liekerke* & *Sottegem*, quæ omnia Luculentum faciunt Comitatum: quem regit Magnus Prætor Alostanus: *Hæc de imperiali Flandria*, sic dicta, quod olim agnoverit supremum imperatorem: solum ejus præstantissimum & fructuum frugumque omne genus, ac rubiæ imimprimis, feracissimum est.

Steenhuyse. Gavere.

Adjacet ei juxta extremos Brabantiæ fines, exigua *Flandria* Portio, quæ *Propria* audit, uti quæ Comiti suo jure optimo

mo maximo subdita, ejus opida sunt *Teneramunda*, *Gerardimontium* & *Bornhemium* cum aliquot pagis.

Teneramunda sita est ad ostium Tesche Scaldim influentis, unde & nomen habet; opidum situ & arte munitissimũ, & mercimoniis, imprimis lini, opulentum: inferius ultra Scaldim offert se *Bornhemium*, perinsignis & amplus pagus, Arce & Baronatu, in pagos aliquot circumjectos nobilis, situque juxa Scaldim amœnus: prope fines ejus Rupela in Scaldim se exonerat: ad Scaldis vero ripam lævam è regione ostii Rupelæ *Rupelmunda* Sequitur, Arx miræ antiquitatis: Archivo autographorum Flandriæ privilegiorum, & custodiâ magnatum olim illustris: Adjacet ei amplus & pulcher pagus, in quo natus Gerardus Mercator celebris Cosmographus. *Dendermonde.* *Bornhem.* *Baron.* *Repelmund.*

Gerardimontium supra Ninoviam, prope fines Hannoniæ & Poodsbergiam silvam, situm est & Tenera quoque perluitur, opidum exiguum, sed amœnum, anno 1068. à Balduino Montensi Comite Flandriæ structum: *Hucusque de Imperiali & Propria Flandria, Teutonicæ partes.* Pergo hinc ad reliquas Teutonicæ Flandriæ ditiones. *Geersberge.*

Quarum proxima hinc occurrit *Casse-*

Olde-narda. lania *Aldenardenſis*, quaſi antiquorum Nerviorum, juxta Scaldim ad Aldenburgenſem Caſtellaniam uſque protenſa, caput ejus *Aldenerda*, ad Scaldin poſitum opidum, concinnum ſane & munitum, mercimoniisque floridum, maximeque omnis generis tapetum & linteorum: jungitur ei Ponte *Pamela*, Scaldi, in medio opidi, cincta Arx & opidulum, peculiarem habent Dynaſtam, qui & Baronatus (unius ex 4. Flandriæ) titulo nobiles ſunt.

Olde-narda.

Pame-la.

Continet hæc *Caſtelania* pagos 33. & Scaldis commoditatibus conſpicua eſt; Abbatiaque *Enania* P. P. Bened. Ordinis, & *Maegdendalia* Virg. Ord. Bernard. item adjacentibus *egregiis paſcuis*: inter pagos ſunt proximi *Eine* Collegio Canonicorum ornatus: *Bevere* Vichtæ gentis Mareſcallatu Flandriæ perpetuo decoratæ. *Auegem* Trieſtæ: *Petegem* ſupra Aldenardam ad Scaldim pagus Abbatia Clarana Virg. Veſtalium & pulchro Palatio Principis Flandriæ Guydi ejusque uxoris delitiis exornatus: & Altius inde *Ronſe* pagus amplus, & olim ditiſſimus Templo Collegioque *Canonicorum D. Hermetis* inſignis: Granvellanæ gentis patrimonium.

'Pete-gem.

Ronſe.

Hinc verſus occidentem ſuccedit *Caſtella-*

Castellania Cortracensis, olim familiæ Ne- *Cortra*
vetæ, Lizâ, Manderaque fluviis irrigua, *cum.*
complectens pagos 67. & *VVevelgem* *Cort-*
Abbatiam Virg. Bern. Ord. Caput ejus *ryck.*
est *Cortracum* opportune situm ad Lisam fl. qui & medium intersecat: opidum vetus, lautum & munitum: Arce antiqua & domibus ac ædificiis publicis splendidum, Collegioque Canonicorum nobile, & *Abbatia Virg. Groeningia*, extra urbem sita: fiunt hic perplures panni, & ingens vis linteorum, ad mappas aliosque mensarum usus.

Inter pagos eminet *Ingelmunster Baronia* & Arce spectabilis. *Isegem* Comi- *Isegem*
tatus titulo insignitus, gentis Vilaniæ, linearum telarum textrinis & mercatu celebris. *VVackene*, castro & hebdomadalibus nundinis ornatus: cum hac Castellania in censu generali, ut membra ejus, conferunt *Menina*, *Harlebeca*, *Deinsa*, & *Teletum* opida: *Menina* supra *Mene-*
Cortracum ad *Lisam* sita & fossis cincta *ne.*
est: opidum mediocre, capis præstantibus, & cerevisia, quæ ibi fit optima, clarum.

Harlebeca, infra Cortracum ad Lisam *Harle-*
situm opidum, antiquum, pulchrum ac *beca.*
situ amœnum est, ac Burgraviatu; Canonicorum Collegio, & nundinis (Septem-

tembri menſe) annuis, celeberrimum.

Deinſe *Deinſa* inferius prope fines *Aldebugenſes Liſæ*, adſidet, opidum munitum, antiquum & lautum Nundinis, (Aprili, Auguſto & Octobri,) annuis, cænobioque Virg. Auguſt. inſigne.

Tielt. *Tiletum* hinc interius verſus Brugas occurrit: in Flandriæ prope umbilico ſitum opidulum non contemnendum, aëre gaudens ſalubri, linificioque frequenti ac quæſtoſo: *Xenodochium* habet neque inelegans neque inops, & *Cænobium* Virg. Ord. S. Franciſci, ac Nundinas, (ſeptembri menſe) annuas: Adjacet ei Caſtrum cui nomen *Tielt ten Hove*.

Brugge *Secunda Flandriæ urbs Bruga* eſt, primas ob pulchritudinem & amœnitatem ſibi vendicans, ſita in lata planitie, 3. Leuc. ab ora maritima, potens, amœna & ad miraculum pulchra; amplaque in tantum, ut intus 4. cum quadrante, extus 6. fere milliaria Italica in ambitu contineat. Dividitur in 6. regiones, quas *Sextas* vocant, & 9. Parochias, concenſitis S. Crucis, & D. Catharinæ, quæ quidem extra pomærium in ſuburbanis ſitæ, ſuas tamen in urbe portiones agnoſcunt. Perrepit urbem fl. vel potius foſſa, per multas ejus regiones ductæ ripisque lapideis hinc inde ac plurimis

Pontis-

ntibus arcuatis munita atque inſtru- *Bruga.*
ta ; fuſca & cunctabunda ; hinc per *Dammum* & *Sluſam* in Oceanum uſque navigabilis : inde *Oſtendam* uſque perducta , aliisque alveis Blancobergam & Gandavum tendens , mercibus ultrò citroque vehendis ubique commodiſſima.

Urbs hæc quamvis de veteri ſuo ſplendore multum amiſerit: quod ad ædificia tamen attinet, tam privata quam publica; domos, ſcil. *Palatia*, *Portas*, *Muros*, *Templa*, *vias fora*, & quicquid præterea talium eſt, parem cum priſtina , dignitatem & elegantiam obtinet : *ædificia* etenim ejus tam cultui divino quam hominum uſibus deſtinata , magnifica ſunt & ſumtuoſa, *viæ* latæ rectæque, *fora* crebra & pulchra : præſertim illud rerum venalium , unde 6. primariæ urbis viæ ad totidem ejus præcipuas Portas deducuntur.

Templa numerat circiter 60. interque ea 3. Canonicorum Collegiis conſpicua : ſcil. *S. Donatiani* Romani : *D. Virginis & Servatoris*: *Præpoſitus* S. Donatiani , perpetuus Flandriæ Cancellarius ad Epiſcopale faſtigium evectus eſt. *Chorus* Templi uti & *D. Virginis* & *Servatoris* oſtendit , utrinque depicta inſcriptaque

Bruga. raque insignia Equitum aurei Velleri illic collata:

Cœnobium PP. Soc. Iesu: reipublicæ sumtibus egregie & splendide extructum est, & picturis prerioſe ornatum Hortisque cultissimis amœnum.

In *S. Barthelomæi Abbatia* miraberis tabellam membranaceam Lubberti Hausscilti Mathematici & Abbatis ejus loci, & in *D. Basilii* Templo spectabis verum Christi in cruce morientis sanguinem ab Josepho Arimatheo collectum, & anno 1148. à Diderico Alsatio Flandriæ Comite huc translatum; in cujus rei memoriam, quotannis 3. Maji (inventæ crucis die sacro,) supplicatio & Pompa solennis habetur.

Inter *Ædificia Politica* spectandum *Prætorium Curiale* in Brugo. *Scabinorum Domus*, in qua justitiæ sacra peraguntur seniorum Magistratuum nomine, ac primo quidem ipsius *urbani*, hinc *Franci natus, & curiæ rei clientelaris: Præpositum* item *D. Donatiani*, ac *Toparcharum Sissecletensis & Mandascensis*: sic ut nonnunquam eodem die variis in hoc foro supplicorum generibus affici videas, singulorum tribunalium facinorosos.

Foro rerum venalium imminet, *Turris* 343. graduum, ad cujus horologium ubi

ubi aſcenderis, urbem & loca vicina o- *Bruga.*
culis diſtincte luſtrare datur. A Foro aſcende ad *Curiam* & *Palatium la Franche*, miraberis in utroque icones & ſtatuas imperatorum, Regum, Archiducum, digna ſingula viſu & notatu.

Forum Mercatorum Byrſa dicitur in quo ſub meridiem & veſperum conveniunt mercatores: quorum cauſa olim hic *Emporium*, quod *ſtapulam* vocant ſta-
„ bilitum eſt: Privilegium ſcilicet urbi
„ collatum ſiſtendi & ſtabulandi merces
„ exoticas, venumque illic tantummo-
„ dò proſtituendi: niſi inſtitor vectorve
„ malit recurrere unde venerat. *Emporium* hoc olim 17. regionum negociantes tribus continuit: ſingulæque ſuis ædibus clarebant: hodie *Hiſpani* ſoli ex parte ſubſiſtunt, divites lanarum Hiſpanicarum mercatura: Accedit & *Anglicarum Lanarum* emporium; cum non pœnitendo urbis & civium fructu.

Porro *munita* eſt Bruga duplici foſſa, & Aggere, molendinorum tumulis ſuperbiente: Portis patet 9. inter fabrorum & Nequitiæ Portas ſitum eſt *Caſtellum* & receptaculum *aquarum*, ubi per 37. lebetes æneos rotæ verſatili inſertos, aqua 27. pedes è profundo ſurſurſum attrahitur in aquæductus, varie-

que

Bruga. que per fistulas plumbeas subterrane in publicos pureos ususque salubri distribuitur : in Area illic subdiali Ne tunum Delfino inequitantem, virgine pudenda, herbâ operientem, atque videbis ; mox aquæ ex insidiosis fiste asperguntur vultusque & vestes Nep no sacrantur.

Monetarum officinam ædes splend atque immunes constituunt : simile A gyrocopium Gandavum facit illustr *Sagittariorum* Hortus mensam prægra dem, ex balenæ osse confectam, ostend dit : Præter Mercaturam, 68. collegi *Mechanica* hic numerabis : inter qua præcipua sunt, lanionum, piscariorum nauclerorum & proxenetarum : *Texun tur* arte mechanica panni gossypini, subserici, serici, lanei, linei, *tapetes* n rissimæ varieratis & elegantiæ : His co legiis excludi non debent (ubi libenti habitarunt ac *pinxere,)* Michael Ang lus & Banarotus Florentini, Joannes van Eickins, item summi nominis Pictor qui primus oleo ex lini seminibus extu cœpit picturæ colores in hac urbe mi cere ac perpetuare. *Cives* hic, ut sunt natura liberales, morum dexteritate felices, ingeniis candidissimi : ita & feminæ venustæ & dotibus meræ He-

lenæ

ſunt: totusque hic locus paſcendis oculis & recreandis animis dicatus videtur.

Hæc de *Bruga ſecundo Flandriæ membro*, cujus olim juriſdictio latiſſima, & potentia inſignis fuit ſimul & intolerabilis, inde opida & pagi ejus imperio ſubjecti, arrepta, occaſione, juriſdictionem & imperium urbis exuerunt, & in libertatem ſe vindicarunt: inſtituerunt-que magiſtratum ampliſſimum, conſtantem ex 27. Scabinis, ex nobilitate ipſorum deligendis, & in ætatem eo munere perfuncturis: ac inſuper conſtituerunt, ut quotannis deligerentur 4. Conſules, 3. ex ipſo collegio, quartus ex populari ipſorum ordine: Creato inſuper Prætore, voluerunt que hunc Magiſtratum Domicilium ſuum, habere in urbe, ut & hodie habet: ita ut nunc omnis Brugenſium juriſdictio intra Pomærium urbis coërceatur: & hæc *ditio, Franconatus* nomen adepta, *quartum* (poſt Gandam, Brugam & Ypras) *Flandriæ membrum* conſtituat, & imperium obtineat longe lateque diffuſum in pagos omnes, & clientelas urbi intra ſeptimam leucam, circumjectas, ſed provocare licet ab hujus & urbis fori ſententiis ad Provinciale Conſilium. *Franco natus.*

Hæc

Franco natus. Hæc Terra Franca, ampla est & fe
tilis atque affluxu Isaræ, Liviæ ac ma
opportune sita: neque desunt insula
Lacusque, neque ampliſſimum nem
VVinendalium; includit 35. *Ambachtas cum appendentibus & contribuentibus* Ambachtæ ab Ardenburgo: Giste
Leffinga, Aldenburgo similibusque te
men sorritæ, & pagos 90. complex
Francouatus Tribunalis judiciis & d
cretis parent. *Appendices* vero *Contribuentesque* 29. pagis instructi, suis ei
dem singuli Toparchis obsequuntur, &
in publicis comitiis Consiliis tribuni
que Ambachtarum subsidiarii sunt at
que partiarii; & Appendentes ad Fran
conatus: contribuentes vero ad Consili
Flandriæ tribunal appellant. Inter ha
est *Præpositura Donatiana* Principe Vir
digna, & *VVinendalæ*, *Praetæ*, *Maldeghemi*, *Guisæque* Baroniæ cum *VVitkerke*, *Hardeye*, *Merckem*, *Lichterveld*: Pagi
autem illis Vasallicis plus quam 10
Dynastiæ, Templorum consortio annexæ, jurisdictione sejunguntur: Sunt
circum urbem *Abbatiæ* D. Andreæ, PP.
Ord. D. Bened. & Spermaliæ S. Tri
donis Virg. Ord. S. Bernardi, & Doeli
PP. item Werckenæ PP. prope Dixmudam; & Merckemæ Virg. Ord. Bened.

VVer-

Vverckena nomen, Cœleſtii vallis eſt, & aſylum facinoroſorum. *Franconatus.*

Cetera opida & Municipia hujus Territorii præcipua ſunt, *Bierflita* in inſula ſitum ad fines Zelandiæ, & egregie munitum: *Iſendica* munimentum: *Ardenburgum* opidum quoque munitum: & Templo ſuperbum, cui proxime adjacet *Middelburgum* foſſis & aggeribus munitum: Prætorio Collegio Canonicorum: Cœnobioque Virg. Ord. Franc. nobile: prope abeſt Abbatia *Scetendael* Canon. Regular. & *Leeſta* Caſtellum, omnia gentis Ogmieſæ: *Eclo*, *Sluſa* in propinquo eſt, urbs maritima & olim lauta ac potens: nunc ſitu & operibus munitiſſima, ac ampla, miliare fere ambitu ſuo complectens, ſed multis locis vacua & paſcuis, 100. vaccarum, relicta: Regimen ejus eſt penes Ballivum & 7. Scabinos 2. Conſules, (quorum alter Scabinorum Conſul dicitur) & Graphiarium: eſt & hic *Collegium* quod *Franconatui jus dicit* conſtans Ballivo, Conſule, 7. Scabinis, Penſionario & Graphiario. *VVerckene Abb.* *Middelburgus.* *Sluys.*

E regione eſt *Cadſandia inſula* pagum habens cognominem: aggeribus & fortalitiis multis munita eſt, habetque in ora orientali *Oſtburgum* Emporium olim cele- *Cadſand.* *Ooſtburg.*

Franco natus. celebre, nundinisque nunc clarum, & operibus munitissimum: inter Damman & Slusam deinde occurrunt *Houcia* & *Monachoreda* opidula: *Damma* opidum munitissimum est, clavisque maris, & frenum Brugensibus: inde ad maris litus *Blancoberga* est, opidulum ad probum, & pulchra satis arce communitum: inde prope Brugam *Gistella* est, opidulum minime contemnendum, ubi plurima fiunt sajæ, panni & similes merces, Baronatu nobile & Abbatia, censeturque *Gistellia domus* una cum *Halovima* inter antiquissimas Flandriæ: *Torotum* interius versus Yperensem Castelaniam prope silvam Winendaliam se offert, opidum perantiquum, ditionis Cliviæ & Juliaci Ducis (junio julioque mensibus) mercatu equorum & aliarum rerum celebre.

Damma. *Blanke bergh.* *Gistelle.* *Thorout.*

Dixmude. Sequitur inde ad Iperleam fl. *Dixmuda* opidum munitum, lautum & peramœnum, nundinis (mense julio) annuis, equorum aliarumque mercium, & hebdomadalibus casei butirique frequentatum & dives, item cœnobio utriusque sexus Franciscano, Xenodochio, & Leprosorum Domo spectandum, pertinet ad familiam Sacquespeam.

Hinc

Hinc versus mare est *Sevekote* opidum munitum: & *Aldenburgum* opidum pervetustum & famosum unicam tantum portam habens, & annuas nundinas. *Ypra. Sevekote, Aldenburgi*

Sequuntur ad mare *Ostenda & Neoportus*, illa exigua est sed Portu & munitionibus celeberrima. *Ostenda*

Hic portu securo sed oblongo gaudet, Pharoque Lapidea, plateisque symmetriam & ordinem habentibus insignem, Arceque valida: Templo item spatioso & Cœnobiis Franciscanorum conspicuus est locus. Prope abjacet ei *Lombartsida* opidum, olim celebre, hodie pagi magis formam ostentans, quia portum suum vendidit: Hæc de præcipuis Franconatus locis. *Nieuwpoort. Lombertzyde.*

Sequitur hunc proxime versus meridiem *Castelania Yprensis*, cujus *Civitas Ypra*, *tertium Flandriæ membrum* constituit, & *Vice Comitatus* dignitate nobilis est: nomen habet ab *Ypera* fl. eam perluente, situque & opere munita est, pulchra item, lauta & amœna, satisque opulenta atq; ampla, novem portas complectens: ædificia ejus & domus bonæ, etsi ob lignea (magnam partem) frontispicia parum spectabiles: jactatur vulgo fundum habere explumbo, ob multitudinem tuborum plumbeorum quibus *Ypra.*

Ypra. aqua fluvialis & alia per singulas [s]
domos, & oportuna quæque urbis lo[c]
distribuitur: *Forum* habet longe ampl[is]
simum ac mirabile, nulli in Belgio c[e]
dens, in quo *Curia & Halla*, Scabin[o]
rum Tribunal, & lanorum pannoru[m]
que, & aliarum mercium receptac[u]
lum; elegantis spatiosæ & sumtuo[sæ]
structuræ ad miraculum usque: lon[g.]
462. pedes, lata 50. *Templa* ac *Cæn[o]*
continet pulchra & veneranda, quorum
D. Martini Episcopi sedes amplam ha
bet diœcesin. Habet & Abbatiam Vir[gi]
num Claranam: item 4. mendicantium
Cænobia & multa Xenodochia: Ter[ri]
tur hic ingens copia pannorum ex lan[a]
item subserica, aliæque id genus mer
ces, unde florent hic mediocriter mer[ca]
monia, præsertim in Nundinis quadr
gesimalibus: *Incolæ* probi sunt & civil
ac pacifici.

Præter ordinarium *Magistratus* urbe
ni tribunal est & hic *Curia Yprensis*, cui
jurisdictionem agnoscunt 7. *Castellani*
quarum sola *Castetana* 24 & plura sub
habet fora seu conventus juridicos. A
ger ei circûjectus totius Flandriæ Teut
nicæ præstantissimus & fertilissimus est.

Boesin-ge. Continet Yprensis Castellania pagu
33. inter quos *Boesinge*, ad fossam No-

yam,

jam, quæ Dixmudam & Neoportum ducit ſitus, tribus inſtructam repagulis aquas ſiſtentibus: qualia & videntur *Nieuvvendami*, *Poperingæ*, *Ooſtuleteræ*, *Copenollæ*: &c. Item *Stade*, *Morſlede*, *Hollebeke*, *Beckelare* &c. Item prope Ypras Abbatiæ *Zonnebeca*, *VVormeſele*, PP. & *Nonnebuſci* Virg. Ord. S Bened. nomen habens ab *Luculenta Silva* cui inſidet: *Hautbulſt* Veruſtum latumque Nemus cujus prioratus (Commendatario PP. & 2. Sacellis ornati) magna portio in Franconatum extenditur, pertinetque jam ad gentem Bockholtiam. *Ypræ.* *Nonneboſch. Abb. Hautbulſt.*

Ceterum *opida* & *municipia* hujus *Caſtellaniæ* ſunt *Roſſelara*, bonum opidulum, & hebdomadario omnis generis rerum, maxime linteorum, mercatu celeberrimum: Dominus ejus Dux Cliviæ, cujus etiam ſunt, *Torcutum*, *VVinendaliaque* pagus in territorio Franconatus: aliaque loca & bona, ex hæreditate illuſtris viri Philippi Raveſteinii. *Ronſſelare.*

Item ad Liſam fl. *Virovíacum* ſupra *Meninam* poſitum opidum, magni nominis & momenti, ſed tenuis hodie conditionis, inſigne tamen Templo D. Virg. pulcherrimo, & ampliſſimo cenſu dotato: fiunt hic magna copia *tapetes* illi viliores. *VVervvyck*

Ypra. *Cominium.* Arce, valide satis munita, conspicuum, & Bibliotheca ab Halewinii & Cominii Domino collecta, instructissima: Interius hinc ad rivum *Meessine* est, opidum satis lautum, Lanificio florens, & ampliſſimo Virg. Cœnobio nobile, cujus Antistita, (uti & Montensis & Nivellensis) non temporalia minus, quam ecclesiastica loci Domina, vulgo audit, (*Me Vrouwe van Meessen*: verum hoc hisce religiosis peculiare, ut primo statim ingressu sacramentum ineant, nec resilire possint.

Comines. *Meessine.*

Inferius hinc ad *Lisam* & ostium rivi alterius occurrit *VVastena*, Abbatia Canonicorum Regularium nobile opidum, Arcem habens, Ballivi habitationem: *Castellania* ejus pagos 15. continet, in quibus sunt *Soeterstede*, Arce olim munitissimâ, & Marescallo Flandriæ hæreditario ornata, gentis Etourmellæ: *VVulvergem* gentis *VVytse*, *Coudenhem* Mourbekæ: opidum vero cum *Castellania* ad Nassoviæ Comites per nuptias accessit.

VVastenensis. *Varnetonensis.*

Yprensem Castellaniam Oceanum versus sequitur *Feurnensis Ambachta*, quæ & una cum Bergensi & Borborgensi & earum appendicibus numerosis, (quæ partim sunt pagi Vasallici, partim pagis im-

Veurnensis Castellaniæ.

plexæ Dynastiæ, quas fissuras vocant) Terræ Francæ subcensetur: urbs ejus *Furna*, concinna satis & pulchra, atque antiquo illustrique Burgraviatu ornata: inter 3. Templa ejus *Curialia* eminet *D. Walburgis*, plumbeis tegulis tectum, & splendido Canonicorum Collegio illustre, cujus *Præpositura* nobilissima Episcoparui Yprensi unita est: Habet & *Xenodochia*, ædemque Leprosorum: & *Cœnobia* 2. Virg. D. Franc. & D. August. & Alexiani PP. qui mente captis, custodiam, & peste exstinctis, sepeliendi officium impendunt: item Abbatiam ampliſſimæ structuræ S. Nicolai PP. Ord. Præmonstratensis: fossis & mœnibus opidi adstructam. *Veurne.*

Cæterum complectitur hæc *Ambachta sive Castellania* 42. pagos unius magistratus plenæ jurisdictioni subditos: inter quos est *Alvergem* fl. *Loano* interciſus, amplo Templo & situ ejus commodo spectabilis: *VVulpe*, Xenodochio monialium clarus: *Haringa*, *Roesbrugge*, *Stavele*, *Leeſſel*, *Lamperneſſe*, pascuis opimis, & phasianorum, cygnorum, anserum anatumque ferorum advolantium fœcunditate celebris: Certè *hæc Castellania insignis* est Loano & Isara fluviis, *Marisque ac Lacus adpulsu*, pascuorum *Alvergem.* *Lamperneſſe.*

Lamperneſſe.

eximio & celebri ſumine; agris item frugiferis, arboribusque omnis generis fructiferis: atque verſus Poperingam *Nemore Sinfixio* amplo & luculento: *Abbatiam* item *Dunenſi*, quæ Templo ſpecioſo & Turri Pharo illuſtris: Præpoſiturâ Abbaticâ *Everſamia*, & *Victorina* Virg. ad *Roeſbruggam* veterem Dynaſtiam.

Sunt & ſub hac Caſtellania 8. *Parochiæ ſubſidiariæ*, quæ licet ſuum quæque tribunal & juriſdictionem ſeparatam habeant, cum ſuis tamen appendicibus, non minus quam quadrantem cenſus Caſtellaniæ pendunt, pagi ſunt opulenti, in quibus *Vlamertinga* & *Elverdinga* Fiſci Regii, *Lokera* gentis Horniæ, *Nieucapella* &c.

Loo.

Loa quoque hujus Caſtellaniæ opidum eſt, Flandriæ veruſtiſſimum, olim muris cinctum & Comitatus dignitate clarum: hodie tectis & incolis ſatis frequens, Portas habet ad orientem & occidentem, & foſſas illud ambientes: Præpoſituram habet Abbaticam Canonicorum Regularium, cui pars opidi Septentrionalis ſubjicitur; *Caſei* hic fiunt parmenſibus lautitiæ gloriâ minime cedentes, quos *Nieumolkinos* vocant, quod ex recenter mulcto vaccino lacte, cui cremor non eſt detractus, coagulescant:

Nam-

Nundinas habet annuas menſe Octobri, & Seneſcalliam, multorum feudorum matricem. *Bergenſis Caſ.*

Sequitur hanc juxta mare *Ambachta* ſive *Caſtellania Bergenſis* fœcunda pecoris, buryrique ſapidiſſimi, frugum quoque arborumque tam pomiferarum, quam lignationi aptarum, copioſa: Aginona fl. ejusque emiſſario Colmâ, ac Oceano irrigua & commoda: opidum ejus Princeps eſt *VVinocibergæ*, à Prænobili Cœnobio, D. Winoci Angli, quondam in monte extructo, & in opidum aucto, nomen habens: amplum ſatis eſt & munitum ad Colmam fl. pannificio & ſajarum optimarum copia, nobile: celebre item *Burgraviatu*, *Nundinis* frequentatiſſimis, menſe Octobri, celebrari ſolitis, & ampliſſimâ Aulâ, proxime periſtylium Templi faſtuoſe extructa. *Bergenſis Caſtellania.* *VVinocibergæ.*

Ager ejus ſuburbanus mirifice fertilis eſt: *Rivus* amplus, ex hoc opido Dunkerkam ducit, ſeſquileucâ inde ſitam, & anno circiter 966. ab Comite Balduino ſtructam: nomen habet ab Abbatia *Dunæ*, quæ uno iſtinc lapide diſtat, & Templi Turre, celſa gradus 273 Celebre opidum eſt, Portu amplo & commodo, & munimentis ac fortalitiis, tuto: ipſum vero opidum parum firmum eſt, ob ſi- *Dunkerka.*

Bergen sis Caſ. tum (arenoſi ſoli circumjacentis) in commodum; intus vero, tranſeuntes oblectat, plateis & ordine nitidum: in primis Templi altare ſumtuoſum & amplum, tantoque ſplendore ornatum, ut adſpiret ad faſtigium admirationis; ett & hic Cœnobium utriusque ſexus Ord. S. Franciſci.

Mardyck. Hinc medio itinere verſus Gravelingam *Mardica* eſt, locus maritimus opidum olim egregium & famoſum, ſed ſæpè ditutum, ita ut hodie tantum ſit fortalitium, adverſus hoſtes, limitaneum.

Porro, *Caſtellania ſive Ambachta Bergenſis* pagos continet 33. interque eos *Houtkercke* Comitatus nobiliſſimæ gentis Horniæ: Gaſebeciæ *VVormhout*, amplitudine & D. Winoci Præpoſitura clarus: *Herzele* annuis, in julio, nundinis frequens: *Eeckelsbeeck* vetus, & Caſtello ſplēdido excultus pagus. *Pitgam & Honſcote* qui tres poſteriores & alii Toparchos ſuos habent, ſed in oneribus publicis contribuunt. Eſt autem *Hondiſcote* bonum & peramœnum opidulum, textoriis officinis tenuium pannorum laneorum celeberrimum: Magiſtratus ibi cura & induſtria ſingularis in egenis, puerisq; adjuvandis: *Cœnobia* habet PP. Cruci-

gero-

gorum S. Trinitatis & Virg. Ord. S. Francisci: & *nundinas hebdomadales* binas, & *annuas* circa festum Pentecostis: Adjacet & *Toparchia* luculenta *Præpositura Donatiana Brugensis*, rivo, cui Pons lapideus instructus, & jurisdictione distincta. Inferius inde versus Oceanum *Lacus* erat ab æstu maris natus, 7. mill. in ambitu continens, qui nuper arte & industria ex siccatus, & agri forma donatus. *Brouckborge.*

Ab hac juxta Oceanum, *extrema Ambachta sive Castellania*, Flandriæ *Broucburgensis* succedit, cujus, uti & Gravellingæ & Dunkerckæ, Dynasta *Dux Vindocinens.* olim Comitum *Guinesiorum* fuit, cui *Comitatui Castellania hæc* vicina est. Pagos continet 14. in iisque *Cranenicum*, *Loon*, ornatum Burgraviatu gentis Doisæ, *Drinchamum* vetusta Arce nobile gentis Vilainæ, atque *Holkin* Comitatus epigraphe signatum, ad *Præposituram VVattenensem* spectantem, jam annexum Episcopatui *Sant. Odomari*: *Aginno* fl. eam separat à Bredenardæ & Houkæ territoriis, singula 4. pagos continentibus, Flandricoque idiomate utentibus, pridemque juris Flandrici, nunc Artesiæ subditis. *Broucburgh.*

Opidum ejus Princeps, *Borburgum* situm

Brouck borge. situm est ad *Colmam* fl. uno supra Gr[avelingam] velingam mill. non magnum sed amo[enum] num & egregie *munitum*, *agrum* habe[ns] paluſtrem & fertilem: *Abbatiamque* Vir[ginis] Bened. Ord. foris, fundatam à Clemen[tiâ] riâ Flandriæ uſufructuaria: *Xenodochium* item *Domumque leproſorum*, & *Nundi[nas]* nas Junio Septembrique menſibus an[nuas]: Agri, Hoymiliani limitibus opi[do] incluſi, hic ad alterum conjugem Su[per]perſtitem & ab hoc, ad natu liberorum minimum, devolvuntur.

Grave linge. *Gravelinge* hinc inferius *Aginnoni* ad[ſi]ſidet non procul à mari, opidum olim magni momenti, & Portu ampliſſimo famoſum: hodie Portu fere obſtructo, egregie fortalitiis, Arce aliisque operibus munitum.

Hinc meridiem & Orientem, verſus *Caſſel.* offert ſe nobilis *Caſletana*, *Arnbachta* ſive *Caſtellania*, Arteſiæ vicina, cujus caput Caſletum opidum olim valde potens, alto monti inſidens, & nunc Nundinis (Januario & Auguſto) annuis celebre: Mons cui inſidet egregie cultus eſt, continetque Arcem vetuſtam, ac fontem vivum in foro ſalientem, binaque Collegia Canonicorum, quorum D. Petri egregie dotatum: Antiquitatem ejus demonſtrant etiamnum

ejus Regiæ, ab Romanis, ut credi- *Cassel.*
tur, silice Bethunensi stratæ, quæ adhuc pluribus locis durant à Castello per *Swatselam*, *Noortberkinam*, Pontem *Stegnum* ad *Bassam*, item per *Poperingam*, *Vlamertengam*, *Markemum Eesenam* ad *Brugram*, & *Rodenburgum*.

Cetera hæc Ambachta sive Castellania luculenta est *silvis Niepa.* & *Ruhouta*: illa Arce Motana nobilis, amplissimi proventus est; continet præterea pagos 52. suis quidem peculiaribus tribunalibus obnoxios, sed arma, consilia & pecuniam conferentes in opidi Consessu; eminent inter hos, *Haveskercka*, *VVatenum* veteres Baroniæ, & *VVate-* *VVatenum* quidem olim opidum, hodie *ne.* egregie munitum est, multaque antiquitatis vestigia subterranea ostentat, *Steenvorda* opidi instar cum Xenodochio, gentis Bellæ: *Meerbeca*, *Ruysshura*: *Noortberkina*, *Vletera*, *Peena* Cænobio *Teene.* Guilielmico luculento, & Dynastæ suæ Halewynæ gentis potentiâ, & Marchionis titulo ornata. *Bollesela*, nundinis julio ineunte frequens, ubi nuper agricola fodiens, reperit cantharum ex alba terra ingentem, in quo pœne 2000. numismatum includebantur, habentium effigiem ac inscriptionem Posthumi in

Cassele. Galliâ Cæsaris à Lolliano devicti atque cæsi.

Est & hic *Abbatica* Præpositura *VVatenensis* Canonicorum Regularium, item *VVoestinæ* Abbatiæ *Ravesbergæ* & *VVoestiniæ* Virginum : aliaque PP. ei vicina, est & Woestiniæ Vicinus lacus prodigiosus, uti cui *innatant* parvæ insulæ, bobus, ovibusque pascuæ, & arboribus consitæ. Est & in hac ditione *Mergemum* sive *Mer.* *Mervilla* ad *Lisam & silvam Nepensem* *ville.* situm, cui finitima & vicina *Abbatia belli Prati* Virg. Ord. S. Bernardi, item in- *Haes-* terius hinc Haesbrouca opidulum satis *brouc.* lautum, linearum telarum mercatu copioso, ac Nundinis annuis (Junio mense) clarum : fruitur commoditate rivi effossi & per *nemus Niepense* in Lisam perducti : in hoc nemore *Niepa & Borra* torrentes sunt in Lisam quoque exeuntes : item *Cœnobium Prevenense* Crucigerorum, S. Trinitatis, & *Arx Regia* ampla valida & opulenti proventus, quam coluere ornaruntque ædificiis *Robertus* Casletanus & *Mathildis* Philippi Elsatii & *Isabella* Philippi boni, Viduæ : Adjacet & *Moerbeca* pagus suorum Dynastarum Prætorio genere illustris. Est & hic loci, prope fines Furnenses & Bellenses, *Poperinga.* *Poperinga* opidum satis lautum & pulcher-

cherrimis Templis insigne, in quo celebratur quotannis, Aprili mense, magnus omnium rerum mercatus, fiuntque plurimi panni & similes merces. Agnoscit Dominatum Abba: Bertiniæ. *Topetinga.*

Sequitur proxime *Ambachta sive Castellania Bellæ*, cujus caput *Bella* sive *Balliolum*, opidulum vere concinnum & lanificio admodum florens, nundinisque Septembri mense, annuis, frequentissimis, clarum. Assider illi Dynastia Bellæquintæ, gentis Vasquesæ Lusitanis oriundæ. Suevit alendæ ad disciplinas Latinas Scholæ diligenter providere, Joanne Lottino, urbis tutore eam curam non negligente. *Belle.*

Ambachta sive Castellania hæc pagos 10. habet, supra 4. quos vocant Angulos, à totidem mundi Cardinibus denominatos. in quibus *Eecka*, gentis Bellæ: *Castra* Thiennesæ gentis: ubi non minus quam Gandavi, Brugæ, Ipræ, Slipæ domum opesq; non exiguas possident Hospitales Joannitæ, quos nunc Melitenses commendatores nominant: *Niekercke* Egmondanæ gentis, decoratus Ludo literario Græcæ Latinæque linguæ, impensis incolarum nstituto. *Drenoutra* Dynastia quondam Caroli à Mourbeec. *Bertena* ubi maxima pars Montis *Eecke. Castre. Nieuwkercke. Drenoutre.*

Cattorum, in vertice gestantis binas molas, alteram olearíam, alteram frumentariam: *Nipkercka* Prioratu opulento PP. Ord. Bened. nobilis vicus, Gen-
Stegre. tis Armentiræ. *Stegra* quoque hic sita ad Lisam fl. per cujus Pontem lapideum via illa Romanorum, de qua modo dixi ducit: quæstuosa est lanificii, habetque in Lizæ crepidine *Arcem* validam & spectabilem Dynastæ (quæ stavela gens) Domicilium, non procul à *Monasterio* PP. crucigerorum S. Trinitatis.

Gallo flandria. SEquitur hic ultra Lisam *Flandria Gallicana*, juxta Lisam protensa, ceterisque finibus Artesiam & Hannoniam contingens: hæc licet ambitu sit parum ampla, pulchra tamen est regio, Lisa & Scaldi, iremque Lilla & Marka fluviis irrigua: Solum ejus præpingue frugum omnium, & inprimis tritici feraciſſimum est, optimam quoque producit *rubiam*, & præstantissimum genus glasti: sunt & pascua uberrima, & inde ex pecudum gregibus quæstus copiosus. Continet *Castellanias*, Lilanam Duacenam, & Orchiesiam, cum dependentibus, nec non Tornacum & Tornacesium: & in iis præpotentes aliquot urbes.

Lilana Cast. *Castellania Lilana* omnium ampliſſima juxta

juxta Lisam fl protenditur, & late interius complectitur regiunculas. *Melanthois*, *VVeppes*, *Ferrain*; *Pevele*, *Carambaut*, *Transcaldiam*, *& Comitatum*, & in iis 137. & plures pagos, frugum populique abundantissimos, item rubiæ herbæ, lanis, coriisque tingendis, ne color defloreſcat, neceſſariæ, totaque eſt nobilium toparchiis plena, beneficium recognoſcentibus à Sala Lilana. antiquo Comitum Palatio, Caput ejus, atque adeo totius Gallo-flandriæ, *Inſulæ* eſt, urbs ampla, populoſa, nobilitate frequens ac præpotens, pulchra item & inter prima Belgii emporia numerata; quam plurimi mercatores & opifices ſagaces incolunt, imprimis textores ſajas, ſemioſſertas & mocajarros, orientis forma, texentes: eſt & hic *Camera Rationum* Bruxellenſis inſtar: major tamen hujus autoritas, prærogativa, pecuniarum diſpenſatio; ſubſunt enim huic longe plures Provinciæ; tota nimirum Flandria, Arteſia, Hannonia, Valencinianæ, Tornaceſium & Mechlinienſe Dominum, quæ omnes expenſi acceptique rationes huic Collegio reddunt: ita ut Inſulanis ſit jus & autoritas cognoſcendi de Patrimonio & reditibus Principis, exigendique illorum rationes

Liſle Ryſſel.

Liſle.

Inſulæ Ryſſel.

&

Insulæ. & quicquid eo ſpectat adminiſtrandi: litium vero inter ſubditos ſuos decidendarum jus eſt penes Senatum Provincialem Gandavenſem ſupra deſcriptum. Adſervantur & in hoc Collegio autographa omnia Privilegiorum huic terræ à Principe conceſſorum: Conſtatque Præſide, & 4. Rationum Magiſtris, 5. Auditoribus, 3. Graphiariis, & minoribus aliquot adminiſtris.

Inter Ædificia ſacra magnificum eſt D. Petri Templum ac Cœnobium reditibus luculentiſſimis doratum ac Balduino Pio: habet & Cœnobia utriusque ſexus Ordinis S. Franciſci, juxtimque Abb.ª Loſâ PP. Ord. Bened. & Marketam Virg. ejuſdem Ordinis.

Pomœria ejus dilatata ſunt, & ſtagna, inter quæ poſita fuit, paulatim exaruere, & aſſiduâ incolarum induſtria oppleta ſunt: alluit muros ejus qua parte Caſtrum eſt Lilla fl. qui mox inferius, arrepta Marca amne, in Liſam exit.

Seelin. Porro loca hujus Caſtellaniæ potiora ſunt in ditiuncula *Melanthois*, 21 pagos complectente, *Seclinium* caput ejus, Collegio Canonicorum D. Piati Beneventani decoratum, & Decanatu ampliſſimo, ſub quo & *Ognieſum*, clariſſimæ familiæ peculium; & *Nojella* gentis Nojellæ origo,

o, in Ditione *Weppes*. *La Baſſee* opidum munitiſſimum prope Arteſiæ fines ad Lillam fl. ſitum: *Waurinium*, gentis Lalinæ, Seneſclalco Flandriæ, clarum: *Haubordin* immunitatibus & Dominio Borbonii ſtemmatis illuſtre: item *Armenteria* ad liſam ſitum opidum egregie munitum, & incolis, divitiisque affluens; exitur in eo ingens pannorum vis, maxime quadricolorum, haberque mercatum, & velut emporium quoddam caſeorum eximiæ bonitatis, qui in iſto & finitimo omni tractu largiter premuntur: locus eſt in ditione Comitis Egmondani: Porro Armenteriam inter & ſtegram cis Liſam fl. ſita eſt peramœna, & omnis generis rerum, tritici inprimis fructuumque feraciſſima regiuncula *Laleva*, Belgice *'t Lant van Loeve* dicta & 4. pagis inſeſſa: quorum caput eſt *Leventiſium* pari cum opidis, muro clauſis, gaudens jure & privilegiis, Præpoſitura inſuper nobilis & ſubſidiorum omnium Principi pendi ſolitorum immunis: quam, licet jam Arteſiæ ſubçenſeatur, Margarita Conſtantinopolitana, à Couchii Domino emtam, Flandriæ annexuit.

Inſulæ. Baſſee. *Armenteria.* *La Lecta.* *Va: Leeve.*

Porrò in ditione *Inſulæ Ferrain* occurrunt *Comines* de quo ſupra in Yprenſis.

Caſtel-

Insulæ. Castellaniæ descriptione dixi: item *Ha-*
Hale wyn. *levvina* opidum exiguum, sed valde an-
tiquum & lanificio nobile, atque illu-
stris Domus cognomentum: *Busbeca*,
Gisienæ gentis: *Robais* stirpis Werchi-
niæ Marchionatus titulo insignitum, &
Lan- *Lanoja* nobilissimum opidum ac vali-
noy. dum, bonumque, in quo fit magna si-
jarum copia, & aliæ id genus merces:
pertinet ad Comitem Buranum: est &
Espi- in hoc tractu *Espinoy* Pagus Principatus
noy. titulo nobilissimus, spectans ad Barle-
montios.

Sequitur *Pevele* ditiuncula 26. pago-
Cisoin. rum, inter quos *Cisoin* Werchiniæ gen-
tis, Abbatia Canonicorum regularium
exornatus. & *Monspeuele* & alii: in diti-
uncula *Carembant*; *Phalempin* Abbatia
quoque Canonicorum Regularium no-
bilis, in *Transcaldia* regiuncula 7 con-
tinentur pagi, qui sunt *Velames*, *Mour-*
court, *Pestrien*, *Glubezies*, *Caurines*, *Pot-*
tes & Pont a li, Laye: in Comitatu cir-
cum insulam urbem proxime 12. oc-
currunt.

Duay. Hæc de Insulæ, prima Gallo Flan-
driæ *Castellania*: *Secunda est Duacensis,*
cum Orchiensi pagos 28. comprehen-
dens, & agrum habens egregie frugum
fertilem, & juxta Scarpum fluvium ap-
prim-

rime pascuum : urbs ejus Princeps Duacum, sita ad fl. Scarpam quod valle eam interluit, opidum Laurum amplum & validum situ ac opere, fontium copia, ac domorum (quamvis veterum) elegantia & splendore conspicuum: *Emporio* tritici variisque artibus mechanicis, maxime textura, opulentum: *Academiâ* celeberrima illustre, & ob situs, aëris & idiomatis Gallici commoditates, frequens: *Templis* quoque pulcherrimis exornatum, inter quæ maxime eminet D. Virginis mire antiquum: *Duo* hic sunt *Canonicorum Collegia* S. S. Petri & Amati, cum *Abbatia Pratensi* Virg: item *Cœnobia* Crucigerorum PP. S. Trinitatis: PP. Franciscanorum, ac Dominicanorum & alia: item extra urbem inferius juxta Scarpam *Abbatia Flinensis* Virg. Ord. S. Bened. à Margareta Constantinopolitana fundata, ac duobus Flandriæ Comitum sepulchris decorata: & inde inferius ad Scarpam. *Abbatia Marchien-na* PP. Ord. Bened. fundata à Rictrude, Duaci Dominâ, quæ anno 687. ad superos transiit: inter pagos hujus ditionis sunt, *Bouvignies*, stirpis Nedoncellæ: *VVarlaing*, *Longevalle*, *Estres*, *Ogyesa*, *Landas*, *Flines*, *Montigny*, *Hamel*, *l'Ecluse*, & alia, Dynastiarum illic pars splendidissima

Duacum.

Flines.

Marchienne

Tournay. dissima à Castello Duaceno & Curiâ Orchiensi morum possessionemq; accipit.

Orchise Est autem *Orchisa* bonum atq; amœnum opidum, ubi maxima copia fiuntiæ, & id generis mercimonia: estque tertium Gallo Flandriæ membrum.

Sequitur *Castellania, sive Balivatus Tornacensis* Flandriæ junctus, ita tamen ut distinctum maneat membrum, audiatque Ditio Tornacensis & Tornaci, & in agros pagosque circumjectos retineat imperium: *Regimen* autem ejus constat membris: nempe, Antistitibus nobilibus: & 4 magnis justitiariis: Civitas ejus *Tornacum* Nervia Cæsaris, & 640. annis ante N. C. condita. sitaque loco commodissimo, in utraque Scaldis ripa, *quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen*: ampla, pulcherrima, opulenta, potens, & contra hostiles incursus munitissima, *Arcem* habens insignem & firmam, amplas & commodas domos, *Templa Cœnobia* & id genus ædificia ad miraculum pulchra: Primaria *Cathedralisque ædes* D. Virg. condita & ampliſſimo censu dotata est, ab Childerico Rege Francorum, in qua Carolus v. Imp. anno 1531. comitia equitum Aurei Velleris celebravit, *Episcopatus* ejus, longe lateque diffusus, ita

Torne-sis.

Dornic
Tornay

canæ

niæ & reverendæ antiquitatis est, ut primum Præsulem jactet, Eleutherium creatum à Papa Felice 3. circa annum 490. Viget insuper in hac urbe *Mercatura*: Vigent artes mechanicæ, & inprimis telarum, sajarumque textrinæ, ita ut numeret 72. variarum professionum Collegia: dedit hic populus Christo nomen, anno 290. concionibus maxime operaque SS Platonis & Chrysolii, qui Temporibus Diocretiani Martyrio inibi coronati sunt. *Tournay.*

Ceterum Provincia hæc pagos complectitur, quos Flandriæ pagis annumerant circiter 60. præter 7. Hannoniæ inclusos, situs commoditate, sementis fœnore, pascuisque commendabiles: in iis sunt, *Calone, Marquain, Hertain, Ville Moy, Lesdam, Pecque* item *Mortania* cum 9. & *S Amand.* cum 8. pagis: *illa* ad confluentes Scaldin, Scarpumque sita, olim opidum fuit arce munitum, sed belli injuriis in formam pagi redacta est, & ad gentem Grachriam ex Wala pertinet: *Fanum S. Amandi* perinsignis pagus ad Scarpam fl. situs opidi speciem nomenque portis ac fossis præbet. Subest *Abbatiæ* ejus, Ord. S. Bened. PP. opibus & amplitudine nulli Flandricorum cedenti: adjacetque amœnissimum *Mortagne.* *S. Amand.*

Nemus

Torna cesum. *Nemus* ab ea *S. Amandi* dictum M
taniæ & Sant Amando juxta Scaldin
An toing. ditione Hanroniæ, proxime adjacent
loca antiquitate nobilissima : nimir
Antonia i. à Tornaco Leuca, ad Sc
dim situs amœne pagus, cum pulcher
mi operis Castro, quod ab M. Anto
Triumviro nomen habere putant ho
paret Principi Lignii : Altius inde
Obye. Scaldin est *Bia* mirabili Arce cons
cuus pagus, Dominum agnoscens Pri
cipem Espinoji, Sequitur mox altiu
Brif foel. *Briffolium* pagus exiguus sed ampla a
ce nobilis, tantæ antiquitatis, ut à bi
fronte Jano nomen habere, pro certo
existimetur, unde & ampla ibi valli
etiam pagis aliquot insessa Briffolien
M. de la Tri nite. dicitur, juxta quam est Mons Trinitati
in quo asserunt Jano Templum olim
fuisse positum ab Albanis. Non procu
Ligne. ab his distat Lignium pagus peramœ
nus, Arce conspicuus, & Principatu
titulo nobilis.

ARTESIÆ DESCRIPTIO.

FLANDRIÆ Orientem & Meridiem versus contigua est *Artesia*, ceteris finibus Picardiam, Cameracum & Hannoniam tangens: complectitur magna ex parte ejus gentis tractum, quam Cæsar Atrebates appellat: *regio* peramœna & præstantissima ut quæ *Cœlum* experiatur admodum clemens & temperatum: *Solum* vero habeat omnium rerum, (etiam vini si velint) feraciſsimum, ac tritici genus laudatiſsimum producens: continet 12. *Opida* muris clausa: pagos 854. Castellanias 9. Abbatias complures, atque Cœnobia, aliaque id genus Collegia multa. Opida prima sunt *Atrebatum*: Fanum *D. Audomari*, *Bethuna*, *Aria*, *Bapalma*. Reliqua sunt *Hesdinum*, *Rentejum*, Fanum *S. Pauli*, *Perna*, *Lilertium*, *Basſea*, *& Lendium*, & præter hæc *Vetus Hesdinum* ac *Terrouana* opida diruta: *Ordines* hujus Provinciæ 4. membris constant scil. Antistitibus, Capitulis, Nobilibus, & urbibus primariis: Scarpa fl. in finibus ejus natus, magnam ejus partem irrigat; *Artois*

Atras irrigat; ab quo teli tantum jactu abe
atrecht *Arrebatum vasti ambitus civitas*: Julii Cæ
saris tempore magni tractus caput; &
Caroli Calvi ævo & insecutis aliquot
seculis metropolim eam agnovit tot
Flandria, quæ inde avulsa nunc Artesiæ
caput est: Divisa vero in duas partes, quo-
La Ci- rum altera *La Cite* altera *La ville* audit
te. flumine distinctæ sed Ponte rursus uni-
tæ. Civitas quidem non ita ampla est, sed
pulchra tamen, amœna & propugnaculis
communita, item magnifica D. Virg.
Cathedrali Templo pulcherrimo, cujus
Præsul & Politicus civitatis Dominus
est, cui non jura minus & leges quam
magistratus attribuit: Superiorem ta-
men agnoscens Artesiæ Comitem, penes
quem est ipsius electio sicuti confirma-
tio penes Papam: estque Episcopatus
hic opulentus admodum ac lautus.

La Vil Urbs *La Ville* altera Atrebati pars
le. ampla sane est & dense habitata: situ &
opere, muris scilicet ac propugnaculis
latis profundisque, etsi aquæ expertibus
fossis, adeò munita, ut non nisi
diutina obsidione frangi & expugnari
possit, *Vias* habet admodum latas. *Fo-
rum* spatiosissimum & eximiè pulchrum;
item *Abbatiam* ampliss imam & totius
Belgii opulentissimam, D. Vedasto
urbis

bis primo Episcopo sacram : Aliaque *Artois*
spectanda Templorum ædificia, & per-
commodas civium domos, quarum sin-
gulis sua sunt hypogæa pavimenta, &
insolita quadam profunditate admiran-
da, ac à tormentorum hostilium ictibus
tuta : in hac urbe *Sedes* est *Senatus* Pro-
vincialis Artesiæ, à cujus sententiis
Mechliniam licet appellare: Porrò civi-
bus satis frequens est, mercatoribus ma-
xime & opificibus, varia artium genera
profitentibus, fiuntque hic magnà co-
pia *Saiæ* notæ & expetitæ.

Secunda Artesiæ Civitas *Fanum D* *s. Omar*
Audomari, fl. Aginnoni adsidens, pro-
pe Flandriæ limites, opidum firmum
adeo atque munitum ut nihil Supra: ci-
vibus quoque frequens, & Castellania ac
jurisdictione in agros & pagos circum-
jectos conspicuum, ædificiis item pu-
blicis privatisque magnificum inter quæ
potissimum eminet *Abbatia S. Audoma-*
ri, nunc *Episcopi Palatium* : Cœnobium
enim hoc urbis origo & fundamentum
primum, evectum est ad dignitatem E-
piscopalem : estque egregii operis Tem-
plo aliisque pulcherrimis ædificiis mag-
nificum, & proventibus adeo Luculen-
tis dotatum, ut referatur inter pulcher-
timas & ditissimas Belgii Abbatias.

Artois Bethunia tertium Arteſiæ opdum
Bethune. prope fines Caſletenſis Caſtellaniæ
Inſulanenſis ditionis ſitum eſt, ſaurum
ſane & munitum: ſirque in ejus territo-
rio laudatiſsimum illud caſei genus, quo
per totum hoc Belgium, & extra illu
diſtrahitur.

Arien. Aria inter Fanum D. Audomari &
Berhuniam prope fines quoque Caſle-
tenſes ad Liſam fl. ſita eſt, opidum ſan
bonum & munitiſsimum, & non veteri
tantum Arce, ſed & aliis ædificiis ſpe-
ctabile.

Bapaume. Bapalma ad fines Picardiæ ſitum opi-
dum, exiguum quidem eſt, ſed Arce
munitiſsima & ſitu firmum: ut quod
circumquaque trium Leucarum ſpatio à
perennibus aquis abjunctum eſt: & diſ-
fuſum, late ſatis in agros circumjectos
habet imperium.

Renthy Rentejum Caſtrum eſt munitum, bo-
no & amplo pago conjunctum, prope
Boloniæ fines & Aginonis fontem.

Heſdin Heſdinum vetus, ad Cauchin fl. ſedes
olim Arteſiæ & Flandriæ Comitum
fuit; quo deſtructo Novum uno ab ve-
teri, mill. ad idem flumen oportuno &
mirabili ſitu ſtructum eſt, quod inter
rutiſsima Belgii propugnacula habetur,
ac multis privilegiis, immunitatibus la-
teq; gaudet juriſdictione. Fa-

Fanum S. Pauli, Veteris & illustris comitatus dignitate ac Luculenta ditione conspicuum est, cujus & *Perna* memorum : *Lilertium* inter Bethuniam & Artam situm opidulum satis lautum est. *Artois* *S. paul* *Perne.* *Lilers.*

Lendium opidulum quidem exiguum, sed amplâ in locos, circumjectos ditione, & munimentis conspicuum est, prope fontes & paludes Lillæ amnis : sunt & pagi in Artheſia memorandi, privilegiis & nundinis decorati : ut, *Avenne* le Comte: *Aſchicourt*, *S. Venant*, *Courier*, *Blangy*, *Ligny*, *Pas* &c. *Lens.*

HANNONIÆ

DESCRIPTIO.

EST autem *Hannonia* sita inter Picardiam, Arteſiam, Flandriam, Brabantiam, & Namurcum ; diciturque Ditionum omnium Belgicarum (ipſius Regis Hiſpani elogio) provincia nobiliſsima, ſaltibus & ſilvis amœna, Cœlo & ſolo felix & florens, incolisque & rectis ad miraculum differta : opida continens fere 50: pagos 950. Principatus 3. Comitatus 10. Pa- *Hannonia.* *Vrbes ejus & opida.*

res 12. Baronatus 22. Abbatiæ 26. Arces Toparchiasque plurimas. Præcipuæ ejus civitates sunt: *Montes*, *Valentiana*, & *Cameracum*, quæ ultima tamen cum agro suo singularem Provinciam constituere videtur, diciturque Cambresis.

Cetera opida sunt *Bouchain*, *Quesnoy*, *Conde*, *Landrecy*, *Avesnes*, *Chimay*, *Mariebourg*, *Philippeville*, *Beaumont*, *Maubeuge*, *Bavais*, *Binche*, *Halle*, *Raux*, *Soignies*, *Brayne*, *Engien*, *Lessines*, *Chevn*, *Geleyn*, *Leuze*, *Fonteyne*, *Lalain*, *Montigny*, *Antoine*, *Ligne*, *Bossu*, *Barlemont*, *Glayon*, *Trasegnie*, *Sorlech*, *Barbanzon*, *Aimeries*, *Tovin*, *Covines*, *Cambron*, *Aeth*, *Brifoel*, *S. Amand*: *Obye*, *Arleux*, *Marchiennes*, *Petquencourt*, *Havre*, *Hourdan*, *Verchyn*, *Freslong*: quæ fere sunt parva & minoris momenti, præcipuæ vero urbes in itinere Parisios à Brabantia occurrunt: & ibi suis locis describentur.

ITER

ITER BRUXELLA LUTETIAM.

Viſis ac cognitis urbibus ac locis *Leodii* Flandriæ ac Brabantiæ viſu digniſſimis; jam te ex Brabantia per *Hannoniam* Luteriam Pariſiorum ducam: Curru Bruxellâ commodiſſime hoc iter inſtituitur: Via ſub initium ſilvoſa eſt, mox aliquantò planior: at ſemper commodiſſima, donec *Hallas* devectus fueris; Leucis Bruxellas diſſitas.

Opidum nomen habet à Tutela ſeu conſervatione mercium ſeu hominum, ab æris injuria: ſitum eſt in finibus Hannoniæ qua Brabantiam rangit: ipſum modicum eſt neque opere aut ædificiis conſpicuum, à *Sacello*, ei fama & ornamentum. *Ager* in ambitu bonus, fæcunda pratis arvisque planities, quam Zinna flumen interluit, & ipſum item opidum: atque illinc rivis amnibusque auctam, Bruxellam, navium in ea & extra eam pariens, venit. *Hall.*

Arx Dynaſtarum ejus tractus olim Domus vel Prætorium fuit, in qua egiſſe ſæpius, atque etiam obiiſſe Philippus Audax dicitur, frater Caroli v. Galliarum

Halla. rum Regis, is qui per matrimonium Margaritæ Malanæ, Flandriam cum Brabantia, imo Belgicam cum Burgundia suâ junxit: id fuit Anno 1404. Mortui interstina sepulta sunt in hoc ipso D. Virginis Templo, Cor *S. Dionysium* amandatum est, opidum Galliæ, altero à Parisiis lapide, tumulandum inibi juxta Principes sanguinis Franciæ; Corpus vero, balsamo prius conditum, regali pompâ sepeliendum deportatum est *Divionem*, Ducatus Burgundiæ metropolin.

Templum foro imminet eleganti satis opere: cujus ala, ingredientibus sinistra, Sacellum habet & Aram, ac super eam *D. Virginis statuam*: *Sacellum* modicum est, ornamentumque à donariis & votivis habet: Concursus huc olim & nunc undique etiam à longinquis locis, quotannis prima Dominica Septembris, maxime, stato & solenni die, quo & 12. partim opidorum partim municipiorum Delegati se Hallis sistunt, supplicationisque solennis comites sunt: ac Divæ pro suo quisque opido aut municipio chlamydem vel ejus loco certam pecuniæ summam in pios usus, pie offerunt & rependunt.

Tabula Aræ incumbens ex alabastro elegantissime cælata est Joannis Artistæ opus:

pus : *ſtatua* haut magna (bipedalis circiter) & è puro nec medicato ligno eſt, immunis ab exitiali peſte, ab incendiis, à vi bellica ; cujus rei exempla ponit Lipſius cap. 6. libri D. Virg. Hallæ ; & monumentum. Poſita eſt in media ara, ſed auro puro inducta. Filium Servatorem uno, altero brachio florem lilii inauratum præfert, in Pectore monilis vice ſunt uniones 6. puri, grandes, & in eorum medio Carbunculus ſive pyropus lapis, quem rubinum nos à colore vocamus : at in capite corona eſt puri puti auri. *Halla.*

Sunt deinde (ut præcipua *donaria & ornamenta Sacelli* referamus) in eadem ara XII. *Apoſtoli* ex argento fabre ſatis facti : quos inibi etiam nunc eſt videre; ſimulque ad latus utrumque Aræ duos Cœleſtes Angelos, eodem metallo, candelabra præferentes, & venerationem Divæ exhibentes : Supra has ſtatus ibidem duæ ſunt militares, altera pedeſtris altera equeſtris : iſtæ pariter ex argento: ſed fuerunt duæ eodem militari habitu, puri auri, quarum Pedeſtris ſecurim, equeſtris Lanceam manu teneret : Et hæc omnia Philippi Boni munera : qui & Lampadem Auream inſigne munus dedit : cui aliam inauratam publica ne-

Halla. ceſſitas deinde ſubſtituit: fuit & ſtatu juſtæ magnitudinis dimidiata, ex argento, donum ejus uxoris. Denique *Tabul* eſt in qua ipſe Dux ſupplicis habitu e fingitur procumbens ad D. Genua, & vu ſus aliquot Gallici inſcripti, annus ſub ſcriptus 1455. Martii dies xx. Caroli filius ejus cognomento & re Audax don vit Falconem argenteum.

Maximilianus I. Imp. conſpicitur e tiam nunc, genibus nixus in ſacelli dex tro Latere, tabulato paulum altiore lo ricatus & cetero cultu militari: Pone eum *Albertus* Dux *Saxoniæ* geniculatur, itidem armatus: Eſt & Tertius, relut per ſubmiſſionem, paululum ab illis re motior, genu pariter flexo: quem ex in ſignibus gentis Meluniæ eſſe apparet, & fortaſſe *Robertus Melunius*, ejus ævi coætaneus eſt. *Dona Maximiliani* ſunt calix cum patina inauratus: cui inſculpta Auſtriæ gentis inſignia, ſuperaddito pileo Archiducali. Ejuſdem eſt D. Maximiliani ſtatua argentea, admodum bipedalis, quæ mitram capite, crucem una manu, altera gladium geſtat, & ab eo dependentes argenteas binas claves. Eſt ab eodem Arbor ſive Roſæ frutex, è puro auro, cum pluſculis ramis floribusque item bipedalis: quam

ſacra-

cratam à se Pontifex Max. Maximiliano Donum, ipse porro Divæ Hallensi misit. *Halle.*

Carolus v. Imp. statuam argenteam viri armati genibus nixi, manibus in Cœlum sublatis, supplice habitu, dedit dicavitque: idem scyphum grandem inauratum operis antiqui: idem militari formâ chlamydem villoso serico, auro intertextam, insignibus Imperii, & gentis Austriæ decoraram.

Albertus Austriacus Donum suspendit lampadem argenteam, pondere & opere insignem, eique vectigal annuum addidit, ut in ævum ante effigiem sacram lucret.

Isabella Clara Eugenia ejus uxor chlamydem sacravit auro & argento intertextam.

Præter hæc est lampas argentea Julii 2. Pont M. Item statua argentea viri geniculantis, donum *Fuggerorum*: Sed & *Penna argentea I. Lipsii*, argenteis catenis appensa ad sinistram, notanda omnino est; & subtus tabula cum elegantibus aliquot versibus. Ad summam numerantur lampades argenteæ 20. usibus sacris destinatæ. Videntur præterea scipiones, fulcra, mali, aut tabulæ navium: variæ hominum aut

Hallæ. eventuum figuræ: vincula item, & iuncula è cera, & ligno.

Supernæ ad aræ dextram ſuſpenſa ſunt 5. vexilla, ſpolia Chriſtano Brunſvicenſi ablata, & huc illata; adſcriptum hoc diſtichon: in quo anni numerus:

HaC tIbI ſanCta parens hoſtILIa ſIgna IſabeLLa,
